



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.





431
ii
2





302352832S





*Larve
Antiquar
Treu*

**DE
OSSIVM HVMANORVM LARVARVMQVE
APVD ANTIQVOS IMAGINIBVS
CAPITA DVO.**

DISSERTATIO ARCHAEOLOGICA

QUAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AVCTORITATE AMPLISSIMI

PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN

VNIVERSITATE GEORGIA AVGVSTA

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

GEORGIVS TREV

PETROPOLITANVS.


BEROLINI A. MDCCCLXXIII.

TYPIS EXPRESSIT GVSTAVVS SCHADE (OTTO FRANCKE).



DIS MANIBVS
CAROLI FRIEDERICHSII

SACRVM



P R A E F A T I O.

Pauca sunt quæ mihi hunc libellum edenti praefanda esse uideantur. quorum summa haec est ut moneam nihil inesse in eo nisi partem quandam commentationis ex maiore de sceleris larvisque libro quasi excisam. cum enim undique conguessissem non pauca artis opera adhuc ignota, quæ quo minus nunc publici iuris faciam multa obstant, iam in eo potissimum mihi elaborandum esse uidi ut ossium, caluariatum, sceletorum, laruarum ab antiquis artificibus fictorum indicem conficerem quam plenissimum et emendatissimum, ita denique digestum ut, quibus argumentis inlustrandis

cum ossium humanorum tum laruarum imagines adiecissent antiqui artifices, uno in conspectu omnia uideremus. causas autem exponere, cur has in partes indicem digessissem, sic singula ordinassem, quaedam omnino non ascripsissem, cum longum fore intellexerem, in aliud tempus distuli: laruas quam ob rem ab mortuorum ossibus, caluariis, sceletis seiungendas esse putem ex posteriore huius dissertationis capite apparebit, quod, ut commentationis mox edendae specimen sit, subiunxi.

Asteriscum ad ea artis opera apponendum curavi quae aut ipsa uidi aut gypso uitroue expressa uel sole depicta cognoui. quae studiorum meorum subsidia cum eorum uirorum doctorum comitati accepta refero quorum nomina suis locis apposui, tum Ludolpho Stephanio, cuius beneficio factum est, ut amplis Petropolitanae gemmarum copiis uti liceret. denique eo Cadesianorum aposphragismatum exemplo quod

in academia scientiarum Petropolitana adseruatur me usum esse eiusque numeros in indice meo ascripsisse propterea moneo quod discrepant inter se exempla Cadesiana.

CAPVT PRIVS

QVO QVAE IN ARTIS ANTIQVAE OPERIBVS EX-
STANT OSSA, CALVARIAE, SCELETI, LARVAE
ENVMERANTVR.

I.

**Sceleti humani partes quae in usum medicorum exsculptae
uidentur¹⁾.**

1. Thorax marmoreus in museo Vaticano ad-
seruatus (alt. 0, 3 m.), cuius imaginem ligno exprimen-
dam curauit Aem. Braun: bull. dell' inst. 1844 p. 18.
cf. eiusdem ruinen u. mus. Roms p. 341; E. Ger-
hard: besch. Roms II, 2 p. 187 n. 36; Welcker: kleine

¹⁾ Antiqui operis caluariam marmoream eamque magnam
in museo Britannico exstare ex Matzio audieram, idemque Mur-
rayi epistulam mecum communicauerat, qui illam „*in the Grotto
of Tiberius at Capri*“ repertam esse adfirmauerat addideratque
haec: „*I have heard, that a back-bone of human being also in marble
was found with it: but where it is now, I do not know*“. at post-
quam exemplum caluariae gypso expressum Londinioque ad-
uectum inspexi ualde dubito, num re uera ab antiquo artifice
exsculpta sit: tantum ab antiquorum in caluariis fingendis
imperitia negligentiaque abhorrere uidetur.

schriften III p. 223. in Pandora quoque ephemeride graeca (1857, VIII p. 282) thoracis uaticani imaginem dissertationemque a de Cigalla scriptam inesse Heydemannus monuit; mihi autem neutram uidere contigit.

II.

Artis opera ad fabulosam antiquorum historiam pertinentia

in quibus ossa sceletosque finxerunt artifices.

a) SIRENES.

2. Parietis pictura Pompeiana duci de Blacas a Neapolitanorum rege quondam dono data; nunc in museo Britannico est. quae cum nondum sit edita consulas qui picturam uerbis adumbrare studuerunt, in primis Schornium: *berichte der bayerischen akad. d. wiss.* II (1829—31) p. 63 n. 6, Helbigium: *bull. dell' inst.* 1865 p. 127, Wandgem. n. 1330. plura attulerunt Stephanus: *compte-rendu* p. 1866 p. 40 n. 44, et Schraderus: *Sirenen* p. 70. — Ulixem uides ad malum adligatum Sirenumque scopulos praeteruehentem, in quibus sceleti duo, caluariae, ossa iacent.

b) MINOTAVRVS.

3. Opus tessellatum anno circiter 1640 Teate, Marrucinarum in urbe (Chieti), effossum; seruatur in museo Neapolitano. apographon aere expressum edidit Allegranza: *opuscoli eruditi* tav. 4, 5; cf. p. 232, ubi qui antea de hoc lithostroto dixerunt inuenies. Gerhard u. Panofka: *Neapels ant. bildw.* p. 435

n. 28. Stephani: Theseus p. 75. Olfers: über ein merkwürdiges grab bei Kumae p. 34. — Theseus praesentibus uirginibus ab Atheniensibus missis cum Minotauro pugnat. solum caluaria ossibusque uariis conspersum, quibus admixta sunt uasa aliqua.

c) SPHINX¹⁾.

4. Lucerna fictilis in sepulcro prope Mataro sito, quod est oppidum Hispaniae Barcinoni uicinum, reperta. quam in museo don Joseph Mariano Pons y

¹⁾ Anaglyphum in operculo sarcophagi marmorei prope Romam ad uiam Latinam nuper reperti exsculptum (mon. dell' inst. arch. uol. VI—VII tab. 68^b, annali 1862 p. 172 seqq.) ab hac monumentorum serie seiungendum putauimus, quia braccium et caput mortui carne, cute, crinibus tecta ab argumento nostro nimis absona uisa sunt.

Pariter Spingem in iaspide Thorvaldseniana insculptam exclusimus (Mueller: musée Thorvaldsen sect. 3, n. 775 p. 96), quippe quae personam potius quam caluariam tenere uideretur, quam quidem habere uisa est etiam Muellero l. l.

Aliam ob causam gemmam remouendam censui, quam Riccardianam esse adnotauit Winckelmannus, Dolce autem sardam rubram „del sig. Byres“ esse adfirmat; nam quod in Lipperti indice inuenio, sardonychem Vindobonensem esse, id nihili puto. aposphragismata gemmae ediderunt Lippert (dact.¹ I, 1 n. 410 = dact.² I n. 917), Denh (Dolce P n. 31, II p. 45), Tassie (Raspe I n. 125 p. 11), Cades (uol. 24 n. 81). in Stoschianis quoque gemmis exstat aposphragisma uitro expressum (Winckelmann: descr. cl. III n. 35 p. 321). Hanc quidem gemmam, in qua sphinx caluariam tenens cernitur, in indice nostro adscribere ausi non sumus, quia nescio an rectius artificii saeculi XVIII tribuenda sit. certe caluariae et corporis formae nec non scalptoris in singulis imaginis partibus disponendis ratio suspicionem mouent.

de Ramis uisam depingendam curauit A. de Laborde: voyage pitt. et hist. de l'Espagne I, 1 tab. 15, 1 p. 11. — Oedipus ad Sphingem aenigma soluturus astat; ad imam Sphingis rupem praeruptam caluaria iacet ossaque duo.

5*. Amethystus bibliothecae publicae Parisiensis: Caylus: recueil de trois cents têtes d'après pierres gr. du cab. du Roi tab. 291. Mariette: traité des pierres grav. II tab. 88. (Chabouillet: camées et pierres grav. de la bibl. imp. p. 242 n. 1807). — Idem est argumentum, nisi quod caluaria ommissa sola ossa insculpsit artifex.

6*. Sarda femina (corniola) musei Thorvaldseniani (L. Mueller: mus. Thorvaldsen sect. 3 n. 848 p. 103). — Idem argumentum; ad imam rupem caluaria iacet.

7*. Gemma, cuius aposphragisma est in Tassieanis: Raspe I n. 8601. — Idem argumentum; arbor Sphingis rupi imminet.

8. Vrna feralis Etrusca musei Volaterrani: Inghirami, mon. etruschi ser. I to. II tab. 67 (p. 557 seqq.). Overbeck: gall. her. bildw. tab. 2 n. 8 (p. 57 seq. n. 69). cf. Olfers p. 34 in adnot. — Ectypum Sphingem exhibet pedem capiti ossique imponentem, astantibus ex altera parte Oedipo, ex altera Furia.

9. Sigillum lapideum repertum in situ ualetudinarii Camulodunensis (Colchester, Essex); seruatum ibidem in museo (basis longa est dig. 25¹/₂, lata 10; Sphinx ipsa alta dig. 25; in basi cernitur littera S).

descripsit Huebnerus in C. I. Lat. VII n. 88; quos adfert libros inspicere mihi non contigit. — In hoc signo aequae atque in gemmis quas subieci sola cernitur Sphinx, neque rupi indicandae operam dederunt artifices. hanc alis eleuatis supra ossa humana sedere Huebnerus l. l. docet.

10*. Sarda femina thesauri quondam Medicei; nunc est in museo Florentino. aere expresserunt Gorius: mus. Flor. gemmae II tab. 94, 2 et Cocchius „sul frontespicio del discorso dell' anatomia, Firenze 1745“ (teste Zannonio apud Inghiranium, mon. etr. I, 2 p. 567). aposphragismata gemmae habes in Tassianis: Raspe I p. 10 n. 106, et in Cadesianis 24 n. 73. — Exsculpta est Sphinx apud caluariam adsidens.

11*. Gemma, quam omissis lapidis possessorisque nominibus aposphragismatis suis adiecit Cades (14, n. 79). — Sphinx in caluariam pedem imponens.

12. Sardonyx (nicolo) bibliothecae publicae Parisiensis: Chabouillet, catalogue des pierres gr. de la bibl. imp. p. 243 n. 1812, qui haec habet: „*Sphinx; devant une tête humaine. H. 8 mill. L. 11 mill.*“

13. Gemma in Passerii thesauro gemmarum astriferarum I tab. 138 (cf. II p. 169 seq.) a Gorio a. 1750 „ex ectypis Bonarrotianis“ edita. de qua dixerunt Bellermand: versuch über d. gemmen mit einem Abraxasbilde III p. 9 seq. n. 36. Kopp: palaeographia crit. IV p. 194 ff. Böttiger: ideen zur kunstmyth. II p. 491. Stephani: nimb. u. strahlenkranz p. 83 seq. — Prope caluariam caduceus insculptus; supra luna et stella

addita; in Sphingis capite polus positus est. inscriptio in auersa gemmae parte incisa et imagine anguis circumdata Gnosticorum amuletum esse ostendit.

14*. Gemma uitrea Stoschianae olim dactyliothecae, nunc musei regii Berolinensis. Winckelmann: *déscrip. des pierres gr. de Stosch.* p. 313 n. 1878. Tölken: *verzeichniss d. k. preuss. gemmensammlung cl. III n. 1473* p. 248. — Duae Sphinges in ara sedentes, inter quas conlocata est mortui caluaria. ara capitibus arietinis, manibus signa militaria gerentibus, biga denique exornata, cuius quidem, cum nimis adrosa sit superficies gemmae, incerta tantum uestigia supersunt.

d) INFERORVM DEI¹⁾.

15. „*Tabula marmorea, in qua sub titulo sculptum canistrum, binae corollae, femina coram mense tripode in lectisternio decumbens. Pluto quadriga uectus animam rapiens, praeunte Mercurio petasato et caduceato, qui rotundam domum intrat, prope quam iacet sceletus.*“ haec Gorius: *inscriptiones antiq. in Etruriae urbibus exstantes* (1726) p. 382. cf. Olfers p. 32 n. 3. Böttiger: *kunstmyth.* II p. 495.

¹⁾ Orci iantricem in notissimo illo sarcophago Neapolitano exsculptam (E. Gerhard: *antike bildwerke* tab. 61, Welcker: *alte denkmäler* tab. 14, 27, Wieseler: *dkm. d. alt. kunst.* II tab. 66, 841, O. Jahn: *ber. d. sächs. ges.* 1849 tab. 8, cett.) hic non adposui, quia cadauer capitaque humana ad rupem iacentia carne quidem tecta sceletis caluariisque adnumeranda non uidebantur.

16. Anaglyphi fragmentum, quod erat in zoophoro exteriori sepulcri ad uiam Asinariam extra portam S. Joannis Baptistae Romanam siti; postea in museo Victorio seruabatur. edidit a. 1727 Bartolus: gli antichi sepolcri tab. 57; repetierunt apographon de Hancarville: recherches sur l'origine des arts de la Grèce I tab. 25. supplément aux recherches tab. 18. Wieseler: dkm. d. alt. kunst II tab. 69 n. 872. cf. O. Jahn: ber. d. sächs. ges. der Wiss. 1849 p. 168. — Fluminis inferni numen insculptum est ad rupem sedens, in cuius parte superiore iacet caluaria.

e) PROMETHEVS

ossium hominis compaginem fingens¹⁾.

17*. Leucachates musei Thorvaldseniani: Mueller, mus. Thorv. sect. 3 p. 21 n. 85. — Prometheus inferiores corporis partes pallio amictus in sella

¹⁾ Quattuor gemmas Prometheum cum sceleto exhibentes, quia suppositas esse iudico, propterea ab hoc indice amouendas censi. sunt autem hae:

a) Sarda femina, quam in museo Neapolitano esse dixit Lippert (supplement 1776 p. 131. II n. 150), qui gypso expressit; in aposphragmatis Tassieanis enumeravit Raspe II n. 8560. imagine gemmae aere expressa Blumenbach indicem libri sui ornandum curauit qui inscribitur: geschichte der knochen. cf. Olfers p. 40, 2. — Recentioris artificis manu factam esse iam uidit Boettiger: ideen zur kunstmythol. II p. 499; quod clare apparet, cum teneamus archetypum quo usus est (n. 23).

b) Gemmam, quam edidit Cades (16, 37) omissis possessoris lapidisque uocabulis, uel ex eo adulterinam esse elucet,

sedet dextra malleolum tenens, laeua sceleti astantis manum prehensurus.

18*. Sarda mas Kestneriana, cuius aposphragmate possessoris beneficio utor. — Idem argumentum. laeua sceleti manum prehendit Prometheus.

19*. Iaspis uiridis olim Stoschiana (Winckelmann: *déscrip.* p. 314 cl. III, 1), nunc musei regii Berolinensis (Tölken: *verzeichniss* III n. 41 p. 91). Lippert *dact.*¹ II, 2 n. 58 (p. 53) = *dact.*² II n. 1 (p. 1). Raspe II n. 8558 (p. 503). imagines gemmae publici iuris fecerunt primus Causeus de la Chausse: *gemme antiche* (Roma 1700) tab. 118, deinde Montfaucon: *l'ant. expl.* I, 1 tab. 6, 7, Raponi: *recueil de pierres grav.* tab. 70, 10, Olfers tab. 5, 7 (p. 40 n. 3), Wieseler: *dkm. d. alt. kunst* II tab. 65 n. 837, Weisser: *bilder-atlas zur weltgesch.* I, 2, götterbilder tab. 11, 25. — Generis humani auctor in sella plicatili

quod sceletum ad nostri aevi compendia anatomica accurate exscalptum esse apparet.

c) Sarda femina Berolinensis, cuius apographon dedit Olfers tab. 5, 8 (cf. p. 40, 4). suppositiciam esse ex aposphragmate ab Heydemanno misso cognoui. quod ut paucis efficiam, lectorum animos ad solii formam inauditam aduertisse sufficit.

d) Sarda femina musei Britannici: Raspe II n. 8559 p. 503. Cades 16, 31. de qua gemma cum dubitans haererem omnem tollit dubitationem Corssen quem per litteras adii: rescripsit enim uir celeberrimus inscriptionem gemmae, quae haec est **VTIIN**, et ob litterarum inter se discrepantium formas et ob nominis sonum inauditum suspectam esse.

sedet; laeua malleolum habet, dextra sceleti braccium apprehendit.

20*. Sarda femina musei imperatorii Petropolitani (E, II, 4, 1). — Iaspidi Berolinensi (19) perquam similis, nisi quod Prometheus dextra spinam sceleti tenet.

21*. Sarda femina perexigua Kestneriana. aposphragisma possessoris comitati debeo. — Idem argumentum.

22. Onyx uirgatus (striped onyx) in gemmis Hertziatis, cf. catalogue of the collection formed by Hertz, Lond. 1851, p. 56 n. 1122, ubi his describitur uerbis: „*a philosopher, seated, grasping a human skeleton, which stands before him, by the arm. $\frac{9}{16}$ in. h., $\frac{7}{16}$ in. w.*“ ex quibus colligere licet sardonychem nostrum eundem fuisse atque eiusdem magnitudinis gemmam, quam P. Sanctes Bartolus aere expressit in „antiquissimis Virgiliani codicis picturis,“ quas Romae a. 1776 edidit (tabulae numerorum notis carent). erat tum apud marchionem Ioan. Petr. Lucatellium.

23*. Iaspis flaua, olim in museo Christiani Denh, qui ipse edidit in aposphragismatis suis: Dolce, museo di Denh I p. 87, H n. 74 (1772). Raspe: II n. 8560. — Post Prometheum astat femina; ab altera parte ad sceletum aduolat puer alatus facem tenens. Prometheus ipse solito habitu in saxo sedet, laeua sceleti stantis prehensens manum.

III.

Cotidianae uitae imagines.

a) PHILOSOPHI

mortem meditantes¹⁾.

24* (?). Sardonyx thesauri Vidoniani: Cades uol. 32 n. 83. — Philosophus pallio inferiorem corporis partem tegente uestitus in cathedra sedens librum euoluit. ad pedes in scrinii operculo conlocata est mortui caluaria, supra quam papilio uolat.

25*. Sardonyx ad exemplum Cadesianum (32, 81) delineatus in monumentis instituti archaeologici III, tab. 7, 1. Aem. Braun (annali dell' inst. 1839 p. 209) dicit esse principis Poniatovski; at in indice gemmarum Poniatovskianarum haec tantum inuenio p. 104 n. 30: „*Platon médite sur l'immortalité de l'âme. Apollonides graveur. Cornaline orientale,*“ quae certe cum sardonyche nostro non congruunt. — Imago inscalpta gemmae proximo loco positae (26) simillima.

26*. Gemma uitrea musei regii Berolinensis; est ex Stoschianis (Winckelmann: *déscript.* p. 425 cl. IV n. 104, Tölken cl. V n. 51 p. 315). Edidit gem-

¹⁾ Sardonyx Vidonianus, quem aposphragismate Cadesiano (32, n. 82) usi ediderunt Aem. Braun (monum. dell' inst. arch. III tab. 7, 3) et Weisser (bilderatlas zur weltgesch. I, 1 tab. 13 n. 15), his imaginibus addendus erat, nisi caput in scrinio positum personae potius scenicae quam caluariae, uel certe capiti capillato similis esset. reliqua cum imaginibus nostris aptissime congruunt, nam ne papilio quidem deest. supra inscalpta corona.

mam primus Winckelmannus in monumentis ineditis I n. 170; repetierunt apographon uariae historiae artium Winckelmannianae editiones (trad. p. Huber, Lipsiae 1781. II p. 218; in uersione Parisina [1801—1803] III, p. 55). Raponi: recueil de pierres gr. tab. 8, 10. Hemsterhuis: oeuvres philosophiques (Lut. Par. 1809) II p. 225. uitro bis imitatus est Tassie: Raspe II, n. n. 10368 et 10369. — Olfers (p. 41 n. 6), qui nihil uidit nisi gemmae apographa a Raponio et Hemsterhusio edita, perperam recentem esse iudicauit. Otto Jahn (arch. beiträge p. 139 in adnot. 83) falso Winckelmanni exemplum aliud habuit ac Raponianum Hemsterhusianumque. — Duabus prioribus gemmis omnino similis, nisi quod abest scrinium.

27*. Sarda mas, olim Hertzii (catalogue of the coll. formed by B. Hertz p. 56 n. 1123), nunc fortasse in gemmis Rhodesianis. gypso expressit Cades (16, 12). — Philosophus in saxo sedet; caluariae loco sceletus totus astat; papilio rupi insidet. Radulphus Rochettus (mémoires de l'inst. de France: acad. d. inscr. et belles lettres uol. XIII p. 722, 2) in hac gemma effictum putauit Minoem, de quo iure dubitauit O. Jahn (arch. beiträge p. 138).

28. Sardonyx, de quo in indice gemmarum Hertzianarum haec sunt scripta (catalogue of the coll. formed by B. Hertz p. 56, n. 1121): „*a philosopher, reading a written scroll, seated before a skeleton, whose fleshless hand points a dagger at him; a lyre rests against his chair.*“ quid sibi uelit pugio, an omnino desit diiudicare non audeo.

29. *Lucerna fictilis*, Lutetiae Parisiorum in museo Oppermanniano seruata; cuius apographon ligno exprimendum curauit de Witte: bulletin des antiquaires de France 1870 p. 107, qui ipse de imaginacula operculo impressa recte iudicauit. — Fictus est iuuenis imberbis in sella sedens, laeua uolumen tenens, dextra sceletum prae se stantem quasi adloquens. in ima imagine infantem paruulum incunabulis colligatum fasciolaque uinctum addidit figulus.

30. Vas fictile (?), de quo Maury his fere uerbis exposuit (revue archéol. V, 1 p. 297): „*Sur un vase trouvé à la Casa Bartolucci sur la Via Salara, on voit la mort et la vie. Le vivant tient des tablettes, près de lui est son génie, qui joue des crotales; devant lui est un papillon. Le mort est un personnage décharné, la tête chauve, l'oeil enfoncé; son génie est vetû d'une tunique courte; il renverse un flambeau; devant lui est également un papillon.*“ Non dubito, quin in miris his uerbis agnoscenda sit imago philosophi legentis coram sceleto. sed de hac re alio loco pluribus.

31. Anaglyphum sepulcrum Smyrnae repertum. a Hohepied „*consule ordinum Foederati Belgii*“ sibi donatum in Batauiam aduexit H. H. van den Heuvel, obtulitque R. M. van Goensio; a quo delineatum editumque est in obseruationibus miscellaneis (Traiecti ad Rhenum a. 1764 p. 66 seqq.). „*altum est pollices 32, inferiore parte 17 pollices latum et duos ferme pollices crassum.*“ in medio cippo scripti hi uersus litteris „*pes-simae fabricae, quae apicibus deformes potius quam ornatae sunt*“:

ΑΝΘΡΩΠΟΣΤΟΥΤΕΣ
 ΤΙΤΙΣΕΙΒΛΕΠΕΚΑΙΤΟ
 ΜΕΝΟΝΣΕ · ΕΙΚΟΝΑΤΗΝ
 ΔΕ · ΕΣΟΡΩΝΣΟΝΤΟΤΕ
 ΛΟΣΛΟΓΙΣΑΙ · ΚΑΙ Β
 ΒΙΟΤΩΧΡΗΣΑΙΜΗ
 ΘΩΣΙΣΑΙΩΝΑΣΕΧΩΝ
 ΖΗΝ · ΜΗΘΩΣΩΚΥΜΟ
 ΡΟΣΙΝΑΓΗΡΑΣΑΝΤΑ
 ΣΕΠΟΛΛΟΙ · ΜΑΣΤΙ
 ΞΩΣΙΛΟΓΟΙΣΘΛΕΙΒΟΜΕ
 ΝΟΝΠΕΝΙΗ

inscriptionem ediderunt: Pococke, inscriptionum antiquarum liber (1752) cap. II sect. 12 n. 38 p. 26. Goens l. c. d'Ansse de Villoison: magasin encyclop. ann. 1811 to. II (1801) p. 457 seqq. 491 seqq. Jacobs in animadu. in anth. gr. epigr. III, 3 p. 759. Boeckh C. I. Gr. II n. 3397. — In superiore lapidis parte prostypum est senis in sella sedentis laeuaque baculo innixi. dextra caluariam ad pedes iacentem demonstrasse uidetur: nunc in marmore lacertus cum bracchio solus superest. neque uolumen neque scrinium addidit sculptor. nihilominus philosophorum imaginibus hoc quoque monumentum subiunxi, quarum ad exemplum confictum esse apparet; quanquam eis potius adnumerandum erat, de quibus nunc demum dicendum est.

b) RVSTICI HOMINES

(et Amores) mortui caluariam contemplantes ¹⁾).

32. Sardonyx musei imperatorii Vindobonensis (Sacken u. Kenner: verzeichn. des k. k. münz- und antiken-cabinettes p. 444 n. 868). — Rusticus laena indutus baculoque innixus, placide astans globum quendam humi iacentem intuetur, quo caluariam significasse artificem ostendunt cum perfectissima cum reliquis eiusmodi imaginibus similitudo tum papilio supra caluariam insculptus. corporis formae rudiores Etruscorum artem redolent. plura de hac gemma in fine alterius capitis erunt disserenda.

33*. Sarda femina, Saponarae in oppido Basilicatae, quod est ab antiquis Grumentum appellatum, a Caputio canonico adseruata. repertam esse dicunt

¹⁾ Veri simile est sardonychem quoque Berolinensem, a Toelkeno classi VI insertum, numerique nota 44 signatum huc pertinere: cernuntur enim in illo tres pastores ex quibus duo inter se conloquentes imagini in gemma Hertziana insculptae (n. 41) sunt simillimi, nisi quod et ipsi pastores rudissima sunt insculpti manu et in caluaria fingenda nimis neglegenter egit artifex, ita ut uix dignosci posset. accedit quod, ni fallor, tergendo aliquis gemmae superficiem laesit. quam ob rem gemmam indici nostro addere non sumus ausi. in imaginibus gemmae a Begero (thesaurus Brandenb. III p. 207), Tischbeinio (Homer nach antiken tab. 6), Inghiramio (gall. omerica III tab. 119), Overbeckio (gall. her. bildw. tab. 33, 12) editis manus et bacula pastorum cum caluariae uestigiis omisit pictor. ad pedes tertii pastoris additus est canis, quo male usi sunt interpretes ut in pastore adstante Ulixem deprehenderent domum reuersum. recte de illis statuerunt cum quondam Begerus l. l. tum nuperime Conze annali dell' inst. 1872 p. 201.

anno h. s. XXX uel seqq. de qua gemma audiui ex Carolo Robert uiro doctissimo, qui ipse aposphragisma misit. — Sardonychi Vindobonensi de quo supra diximus (n. 32) similis, nisi quod caluariam paulo accuratius inscalpsit romanus artifex.

34*. Sardonyx thesauri Rhodessiani: King, antique gems² p. 165 (cf. p. lxj.), qui imaginem gemmae ligno expressam libro suo inseruit. aposphragisma sulphure expressum edidit Denh: Dolce mus. di Denh T n. 72. II p. 93. exemplum gemmae uitreum quod erat in Stoschianis (Winckelmann: descr. cl. IV n. 105 p. 425) imitatus est Tassie: Raspe catalogue II p. 599 n. 10385 (quo pertinet quod de antiquo sculpturae genere et de ora gemmae alio loco, n. 10384, perperam addidit). Cades (32 n. 79) hic quoque gemmam Poniatskianam expressisse sibi uisus est. — Adposuit artifex arborem. de hac quoque gemma in fine huius dissertationis uberius dicemus.

35*. Gemma quam aposphragismate sulphureo Stoschiano usus expressit Tassie: Raspe II p. 598 n. 10384 (quae de sculpturae genere et orae ornamento subiecit huc non quadrare sed ad aliam gemmam pertinere supra [n. 34] diximus). — Idem est argumentum.

36*. Sarda femina musei Thorvaldseniani: L. Müller, mus. Thorv. sect. 3 p. 139 n. 1204. — Rusticus pelle indutus est, ut in plerisque huiusmodi gemmis factum uidemus.

37*. Sarda femina musei imperatorii Petropolitani (A, 49, 14 armoires de Neuwied). — Abest papilio.

38*. *Sarda femina Petropolitana* (L, 3, 35). — *Anguis arbori circumuolutus cum aue dimicare videtur quae in cacumine insidet.*

39*. *Gemma uitrea nigra quae in museo imp. Petropolitano seruatur* (F, III, 3, 28). — *In caluaria auis insidet, quae rem aliquam sacco non dissimilem, nidum fortasse ex arbore suspensum, rostro petere uidetur.*

40*. *Gemma uitrea nigra, uetustate deprauiata, in museo regio Berolinensi; est ex Stoschianis* (Winckelmann *déscrip. cl. IV n. 126 p. 428. Tölkén cl. V n. 91 p. 321*). — *Rustici duo baculis innixi amice inter se conloquuntur; in medio caluaria mortui iacet.*

41*. *Sardonyx dactylithecae olim Hertzianae* (catalogue of the coll. formed by B. Hertz p. 45 n. 859); *cuius aposphragisma habes in Cadesianis 33, 89.* — *In medio super capita rusticorum insculpta est stella.*

42*. *Sardonyx musei imp. Vindobonensis* (Sacken u. Kenner *verzeichn. p. 444 n. 870, qui de caluaria tacuerunt*). — *Caluaria in saxo posita est, quam perperam aram dixerunt musei Vindobonensis interpretes.*

43*. *Sarda (femina?) cuius aposphragisma exstat in Lipperti dactylitheca* (*dact.*¹ [1762] *mill. III, 2 n. 492 = dact.*² *II n. 176*). *quod autem dicit gemmam Berolini adseruari, errat ut solet.* — *Inter pastores est arbor ad cuius radices iacet caluaria.*

44*. *Sarda femina thesauri Vidoniani; aposphragisma gemmae habes in maiore Cadesii dacty-*

liotheca 33 n. 91, et in delectu ab instituto archaeologico facto uol. 6. n. 57. — Pastores sub arbore stantes inter se conloquuntur; quorum alter, qui est a laeua aposphragismatis parte, petaso pedoque instructus dextram quasi adlocuturus alterum tollit.

45*. Sardonyx, qui in museo imp. Vindobonensi adseruatur (in indice musei a Sackeno et Kenero confecto gemmam frustra quaesui). — Pastor petasatus dextro pede paulum promotus stat laeua pedum gerens. dextra caluariam monstrare uidetur humi iacentem, in qua est papilio.

46*. Sarda mas musei regii Berolinensis (Tölkén: verzeichn. p. 78 cl. II n. 178); erat quondam in dactylitheca Stoschiana (Winckelmann: descr. cl. IV n. 125 p. 428) Cades uol. 34 n. 93. — Homo rusticus petasatus, laeua baculo innixus, caluariam dextra demonstrat, spectantem spectans. abest papilio. gemma ora Etrusca, quam dicunt, ornata.

47*. Sarda rubra, cuius aposphragisma exstat in Cadesianis (32, 80). — Agricola ligone innixus caluariam contemplatur supra quam uolat papilio.

Amores agricolae habitum imitantes hae gemmae exhibent:

48*. Sardonyx ectypa imagine ornatus; est in bibliotheca Parisiensi (Chabouillet: catalogue p. 16 n. 90). — Amor nudus ligone innixus, caput manu sustinens, caluariam in saxo iacentem contemplari uidetur. abest papilio.

49. Gemma, cuius imago aere expressa edita est in Monaldinii thesauro gemmarum ueterum uol. II,

tab. 74. — Hic quoque abest papilio. post Amorem arborem addidit artifex.

IV.

Sententiae uariae

sceletorum caluariatumque imaginibus inlustratae, additis uariis inscriptionibus symbolisque.

a) ARTIS OPERA GRAVIORES SENTENTIAS EXHIBENTES.

50*. Sarda femina dactylithecae olim Praunianae, postea in gemmis dominae Mertens-Schaafhausen adseruata, quae nunc ad thesaurum Rhodesianum, qui est in Britannia, accesserunt¹⁾. sardam gypso expressit Lippert in supplemento dactylithecae (1776) II n. 473 p. 165; uitro Tassie (Raspe I n. 8228 p. 482). cf. Olfers p. 41 n. 5. — In media sarda exsculptus est sceletus cadaueri exsiccato similior. in ora gemmae haec legitur inscriptio: ΓΝΩΘΙCΕ AYTON.

51. Lithostrotum, cuius mentionem fecit Farius Gorius his fere uerbis (bull. dell'inst. arch. 1866 p. 164): *Fuor di porta S. Sebastiano a circa quattro miglia e mezzo a destra della via Appia in contrada La riserva dello statuario nella tenuta spettante ai monaci camaldolesi de S. Gregorio, scavandosi da Giuseppe Gagliardi a spese del conte polacco Michele Tyszkiewicz un sepolcro reticolato, si e scoperto un pavimento formato da un mosaico anch' esso bianco e nero, in mezzo a cui si scorge uno scheletro sedente sopra un*

¹⁾ King: antique gems² in adnotatione p. liij subscripta.

letto funebre e che sembra additare colla destra la sentenza greca sottosegnata

ΓΝΩΘΙ · CAYTON

cf. arch. zeitung 1866 p. 184*.

52. Anaglyphum sepulcrale in apothecis musei Britannici seruatum. exsculptum est in lamina marmorea quadrata (alt. 0,41 m., lat. 0,34 m.), neque dixerunt uere, qui in basi uel in ara effictum esse contenderunt. repertum est Antii (Dallaway: anecdotes of the arts in England p. 329 n. 76; II p. 74 editionis Francogallicae) ante annum 1770, id quod colligere licet ex uerbis Iuuenatii, qui apographon anaglyphi apposuit in p. XL libri, qui inscribitur: Titi Liuii historiarum libri XCI fragmentum *ἀνέκδοτον* descriptum et recognitum a Vito M. Giovenazzio, Paulo Iaco. Bruns ex schedis uetustissimis bibl. Vaticanae. editus est Romae a. 1773 cum praefatione Io. Aug. Ernesti. repetiit imaginem I. B. L. Crevier, qui T. Liuii opera edidit Bassani a. 1778, to. VI p. 365. postea anaglyphum ex uilla quae est Romae ad portam Salariam Buronia in Britanniam transuectum conlocatumque est in museo Townleyano (Ellis: Townley gallery II p. 169 seq.). cf. Olfers p. 41 n. 2. — In imo marmore exsculptus sceletus humanus supinus iacens in cauo quodam recessu. supra scripti sunt hi uersus:

**ΕΙΠΕΙΝΤΙΣΔΥΝΑΤΑΙ
ΣΚΗΝΟΣΛΙΠΟΣΑΡΚΟΝ
ΑΘΗΣΑΣ ρ ΕΙΠΕΡΥΛΑΣ
ΗΘΕΡΣΕΙΤΗΣΗΝΩ
ΠΑΡΟΔΕΙΤΑ**

Marmor me rogante denuo delineandum curavit Matz misitque mihi apographon. inscriptionem edidit Welckerus in sylloge epigrammatum graec. p. 98 seqq. n. 67.

53. Sarda femina, cuius imago aere expressa exstat in Ficoronii gemmis litteratis II tab. 8, 3 p. 95. — In media gemma exsculpta mortui caluaria; supra adiecta libra, infra rota.

b) INSCRIPTIONES, VITAE VOLVPTATIBVS
PERFRVENDVM ESSE MONENTES, ET INSIGNIA
BACCHICA

caluariaturn sceletorumque imaginibus addita¹⁾.

54. Sardonyx dactylithecae olim Andreiniana, quem ligno exprimendum curavit Buonar-

¹⁾ De sardonyche, cuius imaginem ligno expressam edidit Gorius in inscriptionum antiq. quae in Etruriae urbibus exstant uol. III, appendicis p. 21, non satis constat: „In qua, litteris ex albo colore exstantibus, sculpta est sardae huiusmodi Graeca epigraphe:

ΠΙΝΕ ΛΕ
ΓΕΙ ΤΟ ΓΛΥΜΜΑ ΚΑΙ
ΕΘΘΙΕ ΚΑΙ ΠΕΡΙΚΕΙ
ΣΟ ΑΝΘΕΑ ΤΟΙΟΥΤ
ΟΙ ΓΕΙΝΟΜΕΘΑ Ε
ΞΑΠΙΝΗΣ

superne hominis caluaria, inferius mensa tripes, dapibus referta.“
Inscriptionis uersus in posteriore epigrammatis parte exstant quod Polemonis regis nomine inscriptum fertur in anth. Pal. XI, 38 (anall. II p. 184, 1). unde desumptos a nouicio aliquo artifice gemmae inscalptos esse contendit Stephanus: *ausruhender Herakles* p. 16 adn. 2.

ruotius (osservazioni sopra alcuni frammenti di vasi antichi di vetro, Flor. 1716, p. 193). apographon repetierunt Borionius in collectaneis antiq. Romanarum p. 57 et Koppius in palaeogr. crit. uol. III p. 631. cf. Olfers p. 36, n. 1. — In medio sceletus humanus iacet, cui addita corona, guttus, papilio, globus uel pila, quam perperam bullam putauerunt Buonarruotius, Boettigerus (id. zur kunstmyth. II p. 495), alii. ascripta sunt uerba **KTΩ** et **XPΩ**.

55*. Sarda femina musei imperatorii Petropolitani (armoires de Neuwied A, 3, 14). — In media gemma sceletus iacens, a laeua baculum ad quod adligata pera, a dextra thyrsus et corona insculpta sunt.

56*. Gemma uitrea flaua musei regii Berolinensis (Tölken: verzeichniss p. 364, cl. VI, n. 200); est ex dactyliotheca Stoschiana (Winckelmann: description p. 517. cl. V n. 240). gypso expressit Lippert (dact¹ mill. II, 1, 2, n. 257 = dact² II n. 998), sulphure Denh (Dolce: mus. di Denh. DD n. 1, III p. 74) uitro Tassie (Raspe I p. 482 n. 8225, qui gemmae imaginem aeri incisam adiecit in tab. 48). apographon in lapide delineatum edidit Olfers, tab. 5, 3 (p. 37 n. 4). — Sarda Petropolitanae (n. 55) tam similis est, ut eadem paene forma expressa uideatur.

57*. Sardonyx, cuius aposphragismata exstant in dactyliothece Lippertiana (supplem. II n. 472, n. 165) et Tassieana (Raspe I p. 482 n. 8226). Boettigerus utrum uere dixerit (id. zur kunstmyth. II p. 497 in adnot.) gemmam adseruari in Praunianis,

an cum illa confuderit, quam nota numeri 50 signauimus, nescio. — Gemmis proximo loco a nobis appositis (55. 56) similis, nisi quod abest corona; operis autem est rudioris.

58*. Sarda femina Thorvaldseniana (L. Müller: mus. Thorv. sect. 3 n. 1583 p. 171), cuius ut uteremur aposphragismate insignis Muelleri comitas fecit. — Insculpta est caluaria tenui corona cincta, post quam thyrsus cum corona et baculum cum pera decussauit artifex; supra perpendiculum addidit. pars inferior gemmae deest.

59*. Gemma uitrea Muentheriana quondam (mus. Muentherianum III n. 176 p. 135), quae nunc in dactyliotheca regia Danica seruatur. negligenter delineatam ediderunt Muenther (antiquar. abhandlungen tab. 2 fig. 4) et Creuzer in prima libri editione, qui inscribitur Symbolik (1810, I tab. 7, 5). sed neuter quae essent efficta intellexit. in aposphragismate, quod Muelleri beneficio debemus, haec agnosco assentiente Muellero: in medio caluariam, a sinistra baculum cum pera, a dextra amphoram; supra caluariam papilio cernitur, infra patera.

60. Gemma olim Stephanoniana, cf. Stephanonii gemmarum antiq. sculpt. (Patauii 1646) tabulam 47, quam iterum exprimendam curauit Licetus in hieroglyphicorum p. 158. apographon Stephanonianum denuo exscripserunt Jac. Gronouius et Lamy in editionibus dactyliothecae Gorlaei (Lugd. Bat. 1695 et Lut. Par. 1728) II tab. 232 n. 490. Lochnerus: Nerium s. Rhododaphne p. 182. Borionius: collect.

antiq. Rom. p. 56. Koppius: palaeogr. crit. uol. III p. 627. — Gemma Muentermanae (n. 59), si non eadem est, at certe simillima. nam quod Stephanonianum apographon papauer pro baculo pera instructo et rotam paterae loco exhibet, id errori aut deberi aut posse deberi clarissime apparet. repugnat sola gemmae magnitudo, quam nescio an recte descriptam appinixerit Stephanonius.

61. Lithostrotum, quod, Pompeis ad portam Stabianam nuperrime effossum, nunc in museo publico Neapolitano adseruatur (cf. archaeol. zeitung 1874 p. 120). de quo cum ex actis diurnis accepissem per mihi gratum hic quoque fecit Carolus Robert, qui photographiam uariis coloribus ad archetypum pictam misit, cui edendae breui tempore operam dabo. idem rescripsit lithostrotum altum esse 0,446 m., latum 0,393. — Medium lithostrotum caluaria occupat ueram capitis humani magnitudinem paene aequans. supra perpendicularum cernitur, a dextra baculum cum pera, a sinistra thyrsus ni fallor, utrumque taeniis pannisque ornatum. infra papilionem et rotam addidit artifex.

62*. Sarda femina, olim „apud Hieronymum equitem Odam“ teste Victorio in dissertatione glyptographica (Romae 1739), qui idem apographon ligno expressum edidit in p. 70. alterum exstat apud Becq de Fouquières: jeux des anciens in p. 355. uitreum gemmae exemplum est in Tassieanis: Raspe I n. 8223 p. 482, sulphure expressum inuenies apud Dolce: museo di Denh DD n. 2, III p. 74. — Inscalpta sunt sarta, guttus, patera, caluaria, talis quattuor circumdata.

63*. Sarda femina, quam uitro expressit Tassie: Raspe I p. 482 n. 8224. idem sardam in dactyliotheca ducis de Marlborough adseruari dicit; at in indice musei quem nuper conscripsit Nevil Story Maskelyne frustra quaeritur. — Gemma sardae de qua supra diximus (n. 62) simillima est.

64. Sarda femina, cuius imago altera edita est a Causeo de la Chaussée: le gemme ant. figurate (Roma 1700) tab. 190, altera in Ficoronii gemm. litt. parte II tab. 8, 1 exstat. — In superiore gemmae parte exsculpta sunt papilio, tibiae, corona, in inferiore caluaria, guttus, lyra.

c) PERSONAE SCAENICAE

cum caluariis uarium in modum conexae.

65*. Sarda femina, cuius aposphragismata ediderunt Lippert (dactyl.¹ III, 2 n. 530 = dactyl.² II, 2 n. 993) et Tassie: Raspe I n. 3876 p. 250. cf. Olfers p. 38 n. 11. — Iuuenis imberbis uirique barbati personae cum mortui capite iuxta compositae.

66*. Sarda femina, quae edita est a Tassieo (Raspe I n. 3875) et Cadesio (44 n. 177). Raspe eandem esse adfirmat ac Riccardianam gemmam, cuius gemmae apographon publici iuris fecit Gorius in museo Florentino I tab. 51, 1. sed ipsa imago Goriana et magnitudinis mensura imagini appicta aliam esse euincunt. — In pulcherrimo mulieris capite senis et caluariae personae ita sunt impositae, ut senis persona occipitium, caluaria frontem mulieris tegat.

67*. Gemma vitrea Tassiana: Raspe n. 3874. I. p. 250. — Idem argumentum.

68*. Sarda rubra edita in dactyliothece Lipertiana (dact.¹ II, 2 n. 549 = dact.² II n. 994) et Tassiana (Raspe II n. 13413 p. 709). Olfers p. 38 n. 10. — Idem argumentum.

69*. Iaspis nigra olim in thesauro Mediceo adseruata¹⁾: Gorius: mus. Flor. gemm. I tab. 47, 11. Raspe II p. 709, n. 13414. — Idem argumentum.

70. Gemma, quam aere expressam edidit Chiffletius in Socrate (1662) tab. 5 n. 20; unde desumpsit apographon Iac. Gronovius inseruitque editioni dactyliothecae Abrah. Gorlaei (L. Bat. 1695) II, n. 315. Lamy: cab. de Gorlée II n. 315. — Idem argumentum.

71. Achates, quam ediderunt Iac. Gronovius in ed. dactyl. Gorlaeanae (L. Bat. 1695) II, 164 n. 221. Lamy: cab. de Gorlée II tab. 164 n. 221. — Idem argumentum.

72. Sarda femina, quam ex thesauro suo depromptam publici iuris fecit Ficoronus: le maschere sceniche (Roma 1736) tab. 70, 11. — Idem argumentum.

73. Gemma a Raponio delineata: recueil de pierres grav. (Roma 1786) tab. 64, 7. — Idem argumentum. fortasse eadem est ac gemma, quam proximo loco apponemus.

¹⁾ Hunc lapidem aequae ac gemmas quibus numerorum notas 74 et 109 adscripsi nunc in „Officiorum“ museo non inveniri neque in indice gemmarum a Migliarino scripto inesse quaerenti mihi rescripsit Liphartus.

74. Heliotropium musei quondam Medicei. in „Officiis“ nunc desideratur (v. adnotationem ad numeri notam 69 adscriptam). Gorius: mus. Flor. gemmae I tab. 50, 2. — Idem argumentum.

75. Sarda femina musei Riccardiani. edidit Gorius in mus. Flor. gemm. uol. I tab. 51, 1. Raspe (I n. 3875) falso a Tassieo expressam ratus est. — Idem argumentum. ex altero caluariae oculo anguis prorepit.

76*. Leucachates Vindobonensis. in indice musei imperatorii a Sackeno et Kennero edito forsitan numeri nota 1152 signatus est, cui adscriptum: „doppelmanne, Chalcedon“. — Tribus personis infra quarta addita est.

77*. Gemma, quam Tassie ex aposphragmate Stoschiano expressit: Raspe n. 13403. II p. 709. — Idem argumentum.

78. Sarda rubra Borionii, qui imaginem gemmae aere exprimendam curavit in collect. antiq. Rom. tab. 79 (Romae 1736). — Idem argumentum.

V.

Parentalia.

79. Anaglyphum marmoreum, quod ex schedis Petri Rascasii de Bagarris¹⁾ edidit Sponius: recherches curieuses d'antiquités (Lugduni 1683) p. 91 tab. 4; miscellanea eruditae antiquitatis p. 7 tab. 4; in

¹⁾ Vixit Bagarrius inter annos 1567 et 1620. uide Matzius: nachr. d. ges. d. wiss. z. Göttingen 1872 p. 60.

Poleni utriusque thesauri supplemento uol. IV p. 424 et 662. denuo exscripsit apographon Sponianum Montfaucon: l'antiquité expliquée uol. I, 1 tab. 121, 2. eodem fere tempore quo Bagarrius delineari iussit anaglyphum Cassianus a Puteo (dal Pozzo¹), cuius schedae nunc adseruantur in castello Windsoriano. ex quibus marmoris apographon ad exemplum Puteanum delineatum mecum communicauit Matzius. — In dextra anaglyphi parte exsculptus est iuuenis humi iacens, togatus, si quidem exemplo Windsoriano credimus quod multo est praestantius Bagarriano. supra uolat papilio. caluaria ad pedes apposita, corollae in pariete suspensae, unguentarium denique mortuum esse iuuenem indicant riteque sepulcro conditum. a laeua appropinquant uir togatus et mulier inter se conloquentes, parentes puto mortui. caluaria in imagine quae est apud Sponium aduersa est delineata, in exemplo Puteano a latere.

80. Anaglyphum opere tectorio confectum, quo ornatur sepulcrum Pompeianorum in uia sepulcrorum quae dicitur anno 1812 effossum. anaglyphum ediderunt: Mazois ruines de Pompei I tab. 29, 4, W. Smith: dictionary of greek and roman antiquities p. 442, Sibirsky: catalogue des médailles du Bosphore Cimmérien I, 1 p. CLXXII, Overbeck: Pompeji II² p. 36, Weisser: bilderatlas zur weltgesch. I, 2, lebensbilder tab. 19, 24. cf. Olfers p. 30, 1. — Larua nudis ossibus cohaerens in congerie quadam lapidum cubans a femina taenia ornatur.

¹) Mortuus est a. 1657. u. Matzium l. l. p. 61 seqq. et archaeol. zeitung 1873 p. 33 seqq.

81*. Lucerna e cruda argilla ficta, olim in academia imp. artium Petropolitana seruata, nunc est ibidem in museo societatis archaeologorum. — Operculum lucernae ectypo ornatum, in quo haec sunt efficta: a laeua larua flexis genibus amphorae in scamno positae ebria incumbit, manibus uertrum tenens. amphoram exhaustam esse ex eo colligas quod inclinata iacet in scamno siue lecto, cuius ad pedes coronam uides de capite laruae delapsam. ad laruam in medio fere anaglypho femina conspicitur astans, quae longa tunica superiniecto pallio uestita est. dextra elata et paullum protenta in laruam effundit unguentarium, cuius quidem incerta tantum uestigia supersunt. laeuaserta, ni fallor, tenet. ad dextram tertia fere operculi pars deest; item lucernae myxa. in fundo inrasae hae litterarum notae: . **YXH** . supplendum uidetur **Y**.

82*. Anaglyphum marmoreum Lutetiae Parisiorum in museo publico seruatum (Clarac: description du mus. du Louvre n. 25; altum 0,65 m., lat. 0,352 m.). aere expresserunt Lenoir: description du musée royal I tab. 35 (1820), Clarac musée de sculpture II tab. 180 n. 335, Bouillon: musée des antiques III basrel. tab. 24. mihi in anaglypho tractando photographiae quam dicunt copiam fecit Carolus Bernstein ICTus amicissimus. — Exsculpta est in marmore femina in sella sedens manibusque sarta tenens; sub sella canis est. a tergo mulieris larua astat, quae illam intueri uidetur. ibidem in superiore anaglyphi parte feminae placide ingredientis simulacrum uides, cuius inferior pars sola superest. in superiore enim et in

dextro margine fractum est marmor. quantum desit plane ignoramus.

VI.

Variae laruarum imagines ¹⁾.

a) LARVA SOMNO MORTIS EXPERRECTA.

83. Ara sepulchralis dis manibus Antoniae Panaces dicata (Gruterus p. 669 n. 2), quae saec. XVI erat „*in vinea familiae Medicis ad prata*“ (Villa Madama sul Monte Mario); nunc autem adseruatur in museo publico Neapolitano (Gerhard und Panofka: Neap. ant. bw. p. 61 seq.). delinearunt aram artifices qui codices composuerunt Coburgensem (Matz: monatsber. d. berl. akad. 1871 p. 476 n. 103) et Pighianum (O. Jahn: ber. d. sächs. ges. d. wiss. 1868 p. 207 n. 126). ediderunt deinde Spon (recherches curieuses d'antiquité p. 92 tab. 5; misc. erud. antiq. p. 7 tab. 5; Poleni suppl. utriusque thesauri IV p. 423/24 et 661/662), Montfaucon: l'antiquité expl. I, 1 tab. 121, 3. quorum autem in exemplis multa perperam delineata esse monuit Olfers, qui ipse accuratiorem anaglyphi imaginem publici iuris fecit in tab. 5, 2 (cf. p. 31, 2). — In fronte arae inscriptioni anaglyphum subiunctum, in quo larua humi iacens efficta est. somno experrecta paulatimque surgens corpus in cubitum leuat, dextram quasi stupefacta tollens. a laeua lacerta subrepens insectum aliquod capere uidetur. supra papilio aduolat.

¹⁾ Confer quas supra numerorum notis 51, 80, 81, 82 notauimus laruas.

b) LARVAE INSIGNIBVS CARENTES¹⁾.

84*. Larvae simulacrum paruulum (altum est 0,086 m.) ex argento factum die XIII mensis Mai anni h. s. LXXIII Pompeis effossum esse, nunc autem in museo Neapolitano adseruari ex Carolo Robert comperi, qui ipse faciendam curauit misitque mihi photographiam. lacertorum, pedum, capitis uertebrae ita sunt aptatae, ut in omnem partem eas flectere liceat, uelut in larua illa Petroniana (sat. 34). desunt manus laeua cum bracchio, pedes ambo cum crure laeuo.

85. Sigillum aereum in museo collegii Romani adseruatum, cuius imaginem edidit Galeottius in Ficoronii gemmis litteratis (Romae 1758) partis II tab. 8, 4. (Sickler: de mon. e sepulcro Cumaee erutis p. 8. Curiositäten II p. 49. Blumenbach: gött. gel. anz. 1823 II s. 1243. Longpérier: rév. arch. I, 2 s. 461. L. Pech: bull. dell' inst. 1843 p. 190). Olfersium (p. 34) errasse, qui sigillum nostrum suppositicium habuit, uel ex Ficoronii imaguncula manifestum est, ex qua apparet eam laruae argenteae Pompeianae simillimam esse. desunt brachia et pars sceleti inferior.

86. Sigillum aereum proximo (n. 85) simile Catiniae in museo collegii S. Benedicti adseruari scribit Olfers p. 35.

87. Sigillum eburneum, quod in urna ferali anno 1770 „*uerso Pila al mezzodi di Perugia in un*

¹⁾ De sigillo Arothiano a Gaedechemio descripto (d. antiken des f. waldeckischen museums n. 473) infra (n. 101) dicemus.

podere de padri Serviti“ repertum esse narrat Ludovicus Canalius in epistula ad Vermiglioli librum adnexa qui inscribitur „saggio di bronzi etruschi trovati nell' agro Perugino (Perugia 1813)“ p. 110. cf. Radulphum Rochettum in mémoires de l'acad. des inss. et belles lettres to. 13 (1838) p. 725.

88. Tessera ossea in bibliotheca publica Parisiensi adseruata (Chabouillet: catalogue p. 558 n. 3259). edita est a comite Caylus: recueil d'antiquités III tab. 78, 1, cuius apographon denuo exscripsit Wieselerus: theatergebäude tab. 4, 14 (p. 38). — In altera parte exarata est haec inscriptio:

A

$\pi\rho]\omega\text{TOC}$

in altera laruae caput sinistrorsum spectans insculptum cum collo et pectore summo.

89. Anaglyphum sepulcrale quadratum, memoriae Critoniae Phileniae et Q. Critonii Dassi dicatum, quod antea in uilla Sciarra ad uiam Aureliam adseruatum Ficoronius obtulit museo collegii Romani; hoc refert in libro, qui inscribitur: la bolla d'oro de fanciulli Romani (Romae 1732). p. 75 anaglyphi imaginem aere expressam exhibet; prior etiam apographon marmoris ediderat Fabrettius: ins. antiq. p. 17 n. 75 (1702). cf. Olfers p. 42 n. 4. — Ab utroque inscriptionis latere sceletus astat.

90*. Lucernae fictiles quattuor, eadem omnes forma expressae: prima Berolini seruatur in museo regio (n. 4954); altera Hannouerae in museo Kestneri (Wieseler: nachr. d. göttinger ges. d. wiss. 1870

p. 186 n. 182); tertia erat quondam in museo Pourtalés-Gorgier (Dubois: *déscrip. des antiques de Mr. le Comte de Pourtalés-Gorgier* p. 141, n. 864; de Witte: *mém. des antiquaires de France* 31 p. 167), nunc autem est in museo Britannico; quarta exstat in museo Lugdunensi: Comarmond, *déscription des antiques du Palais des arts de Lyon*, qui unus imaginem lucernae edidit in tab. 4 n. 444. — Duae laruae stantes in lucernae operculo expressae sunt, quae alacri animo inter se conloqui uidentur.

c) LARVA ALATA.

91*. Achates musei regii Belgici, cuius uidi aposphragisma Petropoli in museo academiae scientiarum nummario seruatum (n. 2641). in indicibus musei a de Jonghe editis et achates nostra et gemma proximo loco a nobis inserta non inueniuntur. — Gemma rudissima manu scalpta eaque pessime corrosa, ita ut uix dignoscas laruam brachiis pedibusque alatis dextrorsum uolantem.

d) LARVA STANS IN CROCODILO.

92*. Gemma musei regii Belgici, quod est Hagae Comitum. erat quondam in dactyliothea liberi baronis van Hoorn van Vlooswyck, qui gemmam Vesontione emit (Dubois: *catalogue des pierres gravées de feu Baron van Hoorn v. VI. Lut. Paris. 1809* p. 29). aposphragismate usus sum gypseo, quod in museo academiae scientiarum Petropolitanae adseruatur (n. 2327). — Larua demissis brachiis placide stat in tergo crocodili.

e) LARVAE BACCHICIS PRAECIPVE INSIGNIBVS MEMORABILES.

93*. *Onyx Townleyanus* quondam, nunc musei Britannici. imaginem gemmae parum accurate delineatam edidit Christie: disquisition upon the painted greek vases (Lond. 1825) tab. 6. — Inscalpta est larua stans dextra sarta tenens; nam errauit Christie qui laruam pinxit lanternam gerentem, de quo errore aposphragismate uiso nuper certior factus sum.

94*. Gemma, Londini in privato quodam thesauro adseruata, cuius imaginem sole depictam mihi misit Doellius. sumpserat ex libello quodam qui inscribitur: „Catalogue d'une importante collection d'antiquités et d'objets d'art de différentes époques. C. de S. A., 12 Arundel St., Piccadilly, Regent Circus, Londres W.“ — Larua stans uel potius gradiens laeua facem breuem eamque ardentem gerit, dextris autem umero manaque baculum sustinet, ex cuius finibus hinc lepus illinc amphora suspensa sunt.

95*. *Sardonyx*, qui quondam Stoschii fuit, nunc autem Berolini seruatur (Winckelmann: descript. p. 517. n. 241. Toelken: verzeichn. cl. VI n. 201 p. 364). Raspe I p. 482 n. 8229. Cades uol. 51 n. 120. delineandum curauit Olfers in tab. 5, 4 (cf. p. 37 n. 6). — Idem est argumentum. larua laeuo umero baculum baiulat cuius ad utrumque finem rotundum aliquid adfixum uidetur. dextra facem tenet, quae et Toelkenum et Olfersium fugit.

96*. *Anulus argenteus Romae* repertus, ibidem

in aedibus quibusdam priuatis latens, cuius aposphragisma Carolus Robert ea qua solet comitate usus mecum communicauit. — Laruam uides stantem brachio dextro in baculo imposito ex quo suspensa est peralaeua lateri obnixa. a dextra ectypi amphora in; scalpta est corona cincta supra quam uolat papilio; in ora denique hae conspiciuntur litterae: ΠΟ-
LIO, quae hoc ordine positae sunt in aposphragismate.

97. Vas fictile cylindratum (alt. 0,11 m.) musei Genabensis, quod a duabus tantum, id quod doleo, partibus delineandum curauit de Witte: mémoires des antiquaires de France uol. 31 tab. 3. repertum est in Gallia a. 1865 (Heudebouville, département de l'Eure; u. comptes-rendus de l'acad. des inscr. 1866 p. 389). — Vas prostypis ornatum: quattuor in eo fictae sunt laruae stantes, bacchica gerentes insignia, ex quibus in Wittei apographo cognoscuntur guttus et sarta. quintum locum nauis ni fallor a fronte uisa occupat, gradibus quibusdam imposita. superior uasculi ora personis ornata.

98*. Onyx musei imperatorii Petropolitani (armoires de Neuwied A, 3, 11); erat quondam in dactyliotheca Casanovae. Lippert suppl. II n. 471 (p. 164 seq.), Raspe I n. 8227 (p. 482). cf. Olfers p. 37 n. 7. Boettigerus (id. zur kunstmyth. II p. 497) gemmam ab artifice nouicio confectam esse perperam iudicauit. — Larua stans dextra lancem fructibus uariis refertam, sinistra sarta sustinet. praeterea guttum ad pedes sceleti addidit artifex.

99*. Lithostrotum in museo Neapolitano seruatum. (Gerhard und Panofka: Neapels ant. bw. p. 145, n. 11). Finatius (il R. Mus. Borb.² p. 332 n. 64) Herculanei, Olfers (p. 33 n. 5) Pompeis in domo chirurgi effossum esse dicunt; Radulphus contra Rochettus in sepulcro aliquo repertum esse adfirmat (mém. de l'acad. des inscr. to. 13 [1838] p. 721), quod mihi quidem ueri similis uidetur (cf. n. 51). — Lapillis albis nigrisque effictus est sceletus stans utraque manu uas uinariū gerens.

100*. Leucachates Kestneri. aposphragisma habes in exemplis gypseis auctoritate instituti archaeologici Romani editis uol. II n. 59 et in Cadesii dactylitheca maiore (uol. 51 n. 121). — Larua stans pedibus inter se implicatis, dextra guttum tenens, laeuo cubito amphora magna innixa.

101*. Sigillum aereum in museo principis Valdecensis, quod est Arothiae, adseruatum. de quo his fere uerbis dixit Gaedecheus in indice quem conscripsit musei (d. antiken des fürstl. waldeckischen museums n. 473. cf. de Witte: mém. des antiq. de France uol. 31 p. 166): „*Tanzendes skelett. ausgezeichnete arbeit voll wilden humors; die rechte in die seite gestützt, die linke am hinterkopf leise angelehnt haltend. 0,095 m.*“ at melius sigilli habitum photographia nuper adhibita me edocuit. nam apparet placide potius sedere laruam, laeuo cubito in re aliqua imposito, quam rem amphoram magnam fuisse cum ex altitudine cubiti tum ex imagine gemmae Kaestnerianae (100) ueri simillimum est. absunt imi pedes.

102*. *Sarda* mas musei regii Berolinensis (in addendis ad aposphragismata a museo edita numeri nota 256 signata est). — Laruae duae stantes amphoramque magnam ebrii altera manu tenentes. larua a laeua astans alterius capiti coronam imponit.

103*. Sigillum aereum musei Florentini, quod a Spencio olim in Polymeti (tab. 41, 1) pessime editum celeberrimam illam Lessingii cum Klotzio de Mortis imaginibus controuersiam mouit. enumerauerunt sigillum in sceletorum indicibus suis cum alii tum Olfers p. 35 n. 3. simulacri photographiam quam dicunt faciendam curauit misitque mihi C. E. a Liphart. qua inspecta magnopere miror Pechium (bull. dell' inst. 1843 p. 190) laruam hanc suppositiciam habuisse. — Iacet larua pedibus inter se implicatis, laeuo cubito in amphora imposito. brachia desunt; superest sola manus laeua quippe quae amphorae adglutinata fuerit. spina dorsi fracta.

104*. *Sarda* femina musei imperatorii Petropolitani (armoires de Neuwied A, 3, 12). erat quondam in dactyliotheca St. Moryce. — In amphora humi iacente larua insidet, dextra rhytium, laeua patellam tenens.

105*. *Onyx* olim Nottii, postea Hertzii (catalogue of the collect. formed by B. Hertz p. 19 n. 352), nunc Rhodesianus. (King: the Gnostics and their remains p. 157). aposphragismata gemmae exstant in maiore Cadesii dactyliotheca (51 n. 122) et in delectu ab inst. arch. facto (II n. 58). sine causa de gemmae antiquitate dubitauit Olfers p. 41 n. 7. — Larua e cratera magna superioribus corporis partibus eminens,

conuulsa praecipitataque uidetur ebrietatis ui. in eadem cratera palmae ramus est. a laeua aduolat Amor facem tenens.

106. Gemma, quam apud Laiardum uisam his fere uerbis descripsit Radulphus Rochettus (mém. de l'acad. des inscr. to. 13, 1838, p. 722): „*c'est un squelette assis, le coude gauche appuyé sur une lyre, tenant de la main droite une amphore debout et ayant devant lui une autre amphore couchée, avec une couronne dans le haut.*“

107. Sarda femina, olim „*apud equitem Nicolaum Vleughels D. A. G. R.*“ teste Borionio, qui primus gemmam edidit in collectaneis antiquitatum Romanarum tab. 80 (1736). pictorem autem quo usus est ad delineandam gemmam in grauissimos incidisse errores apparet; quibus non perspectis Olfers se ualde de lapidis aetate dubitare scribit p. 36 n. 3. est autem sine dubio antiquus. — In media sarda larua in amphora sedens insculpta est, pedibus rotam calcans; laeua cornu copiae tenet (nisi forte rhytium in gemma exscalptum erat). capiti laruae perpendiculum impendet. a dextra facem, papilionem, florem re uera ficta fuisse probabile est. contra a laeua thyrsus et baculum cum pera non agnoscens mirabilia quaedam appinxit artifex.

f) LARVAE SALTANTES¹⁾.

108. Ana'glyphum sepulcri Cumani tectorio opere confectum: quod anno 1809 effossum depinxit primus

¹⁾ Sigillum aereum Arothianum in quo tractando saltantem laruamprehendisse sibi uisus est Gaedechens (d. antiken

Andreas Iorius (scheletri Cumani, Neapoli 1810, tab. 1); deinde Sicklerus, qui ectypum Cumanum edidit in „prolusione orationibus inauguralibus in gymnasio Hilperhusano habendis“ quam scripsit „de monumentis aliquot graecis e sepulcro Cumaeco recenter effosso erutis“ (Vimariae 1812, tab. 2); uertit in ephemeride quae inscribitur: curiositäten der vor- u. mitwelt uol. II p. 35 — 66 (Vimariae 1812). Tertius denique anaglypha edidit Olfers, qui in dissertatione, quam de hoc sepulcro conscripsit (über ein merkwürdiges grab bei Kumae und die in demselben erhaltenen bildwerke. abhandlungen der k. akad. d. wiss. zu Berlin 1830) non solum accuratissime delineanda curauit sepulcri ectypa — nostrum tertio loco apposuit —, sed etiam artis operibus undique congestis uberrime de scelerum laruarumque imaginibus disputauit. — Effictae sunt laruae tres, ex quibus media saltat, quae est a laeua saltanti plaudit, tertia manus eandem admirans tollit.

109*. *Sardonix*, quem ex thesauro Mediceo depromptum edidit Gorius in mus. Flor. gemm. uol. I tab. 91 n. 3. eum secuti sunt Mongez et Wicar: galerie de Florence III tab. 28. in dactyliotheca „Officiorum“ nunc gemmam frustra quaesiuit Liphartus (u. quae ad numeri notam 69 ascripsimus). aposphragismata inuenies apud Lippert: suppl. I n. 241 (p. 55), et Raspe I p. 291 n. 4696. cf. Olfers p. 33 n. 4; — Senex caluus, cuius totum corpus pelle quadam uidetur

des f. waldeckischen museums n. 473) alio loco (n. 101) inserendum esse putauimus.

obductum, Silenum agnosco, in saxo sedens tibiis canit, pede laeua in scabello ni fallor imposito. ante quem larua saltat, laeua patellam tenens, dextra supra caput elata.

110. Gemma, seruata in dactyliotheca Badeigts de Laborde; quam ligno exprimendam curauit Alfredus Maury: *revue archéologique* ann. V, 1. p. 295. — Sardonychi Mediceo (n. 109) simillima, nisi quod uir tibiis canens pilo caret, uolantque supra eum papiliones duo. nam quod larua in imagine Mauryana alterius manumprehendit, id quin artificis nouicii inuentum sit nemo dubitabit.

111*. Sarda femina dactyliothecae quondam Stoschianae; nunc est in museo regio Berolinensi (Winckelmann *déscrip.* cl. VII n. 143 p. 555; Toelken: *verzeichn.* cl. VIII n. 338 p. 426). gypso expressit Cades uol. 51 n. 119. — Insecti alicuius, locustae fortasse, sceletus fidibus canens saltansque.

VII.

Artis opera e nouorum deorum cultu posteriorumque temporum doctrinis orta.

a) MITHRAS.

112. Iaspis thesauri Medicei, cuius imago exstat in Gorii *mus. Flor. gemm.* II, 78, 1. — In aduersa gemmae parte insculptus est Mithras taurum mactans, solitis circumdatus insignibus symbolisque, in quibus conspicitur palmae ramus cui adfixa caluaria. quam utrum recte delineauerit artifex a Gorio adhibitus, an

errauerit, nisi ipsa inspecta gemma diiudicare non licebit¹⁾.

b) GNOSTICORVM AMVLETA²⁾.

113*. Iaspis uiridis musei imp. Petropolitani (Q, 2, 17). — Leo in sceleto humi iacente ingreditur. in ora gemmae gnostica insculpta est inscriptio.

114. Lucerna fictilis musei societatis archaeologorum Atheniensium, quod est in Varuacio. operculum anaglypho impresso ornatum, de quo Wieselerus haec dicit, quae quidem ipsius beneficio mecum communicata ascribere licet (archäol. bericht über seine reise nach Griechenland: abh. d. hist.-phil. classe der k. soc. der wiss. z. Göttingen uol. 19 p. 123 seq.): „*ein panther oder tiger steht über einem menschlichen skelett, welches ausgestreckt am boden liegt.*“ Haesitans dubitansque lucernae anaglyphum hoc loco apposui cum non satis de eo constare uiderem. de quo apographo inspecto melius fortasse statuere licebit.

115. Pyrites thesauri Hausmanniani, qui est

¹⁾ Gemma Medicea usus est artifex saec. XVII, qui eandem imaginem inscalpsit in heliotropio olim Augustini, nunc in museo imp. Petropolitano adseruato (7, 2, 24). delinearunt edideruntque Leonardo Agostino: gemme antiche figurate II tab. 33 p. 39 seqq. (1669); Ant. van Dale: diss. IX de antiquitatibus p. 19; Maffei: gemme antiche II tab. 9 (p. 19); Hugue de Hancarville: supplément aux recherches sur l'origine des arts de la Grèce tab. 22. Dupuis: l'origine de tous les cultes tab. 17. Seel: Mithrageheimnisse tab. 11a.

²⁾ De amuleto Passeriano sphingis caluariam tenentis imagine ornato supra (n. 13) diximus.

Hannouerae. imaginem insculptam publici iuris fecit Wieselerus: göttingische antiken fig: 35 a. b. — In altera lapidis parte insculptum est numen aliquod capite leonino uariisque symbolis insigne. stat in leone super sceletum iacentem currente.

116*. Magnes lapis musei regii Berolinensis (Toelken: verzeichniss cl. IX. n. 103 p. 451); est ex gemmis Stoschianis (Winckelmann: descr. cl. VIII, n. 8 p. 563). Passerio teste olim (a. 1750) in dactylithoea Andreiniana, postea in museo Florentino seruabatur. delineandum curauerunt Passerius in thes. gemm. astriferarum II p. 248 et Olfers tab. 5, 6 (cf. p. 39, 1). uitro expressit Tassie: Raspe n. 584, I p. 54. — Insculptae sunt laruae tres: una leonibus duobus ad currum iunctis uehitur, altera sub pedibus leonum humi prostrata iacet, tertia ante leones placide stat. omnia gnosticis litteris conspersa.

117*. Gemma uitrea nigra Petropolitana (Q, 2, 22). — In altera gemmae parte insculpta est larua, post tria numina Anubidis Aegyptiorum dei non dissimilia stans. hic quoque uariae additae inscriptiones gnosticae.

CAPVT ALTERVM.

QVANDO ET LARVAS ET OSSA HVMANA FINGERE
COEPERINT ARTIFICES ANTIQVI QVAERITVR.

Erunt fortasse qui in indice nostro artis opus quoddam desiderent quod nuper publici iuris factum est contendantque eo memorabilius esse quod ex illo appareat Graecos uel tertio ante Christum natum saeculo defunctorum animarum larualem habitum nudis ossibus cohaerentium et animis concepisse et in artis operibus finxisse.

Crateram dico fictilem cuius imaginem aere exprimendam curauit Stephanius: *compte-rendu de la comm. imp. archéol. pour l'année 1863* tab. 6, 12; interpretatus est *ibidem* p. 243 seqq. et: *vasensammlung der k. Ermitage* n. 895.

In fronte uasculi Satyrus sive uectus pictus est, uel potius Pan iuuenis: caprae enim cornua e fronte eius emergunt, quae cum albo colore distincta fuissent, nunc autem paene euanuissent, omisit artifex quo usus est Stephanius. laeua patinam sustinet, uerbenis, uasculis,

globulis denique quibusdam impletam, quibus tura significasse pictorem ueri simile est: quae res fere omnes aequae desunt in exemplo Stephaniano. dextram in imagunculam quandam albo sufflavoque coloribus pictam protendere uidetur, quae ante Paniscum pilleolo quodam tecta, diuaricatis cruribus, ansata (ut ioco utar Plautino) astat, corporis obscena protendens eaque permagna ramuloque ornata.

Hanc igitur imagunculam defuncti laruam esse censuit Stephanianus: nos autem cur fieri nequeat ut assentiamur celeberrimo uiro nunc paucis necesse est exponamus.

Mitto quod neque in artificum graecae quae dicitur aetatis operibus, neque in libris illis temporibus scriptis ullum ossearum laruarum mihi quidem reperire contigit uestigium: nam concedendum est omnino fieri posse, ut in tanta omnium rerum ruina quasi in *ἄπαξ εἰρημένον* quoddam incidamus. at ipso ni fallor habitu simulacri docemur non esse laruam: tantum enim abest ut sceleti similis sit, ut mihi quidem lignum potius rude quod *manus sine arte rusticae dolauerunt* uideatur esse. caluum enim capitis globum, costarum seriem, coxendicem denique uel in rudissimis laruarum simulacris, cute quamuis tecta, facile dignosces: quarum quidem rerum hic nihil habemus, habemus autem *astantem inguinibus columnam*; qua quamuis non prorsus careant laruae, tamen in tanta imaginum copia ab artificibus ficta non est nisi bis (81 et 101), eaque certe satis modica.

Quid multa: rubrum hortorum custodem agnosco,

membrosiorem aequo, *qui tectum nullis uestibus inguen habet*, cui conuenit in primis penis ingens ramulo ornatus; conuenit quod ligni *arte rustica fabricati* similitudinem speciemque gerit; conuenit *λόρδωσις*; conuenit pilleolus capiti impositus, phrygiis illis non dissimilis mitris quibus saepissime Priapi caput ornatur (u. O. Jahn: *ber. d. sächs. gesellschaft d. wiss. phil.-hist. cl.* 1855 p. 237. idem: *jahrb. des vereins von alterthumsfreunden im Rheinlande* uol. 27 p. 56. Friedrichs: *Berlins ant. bildw.* II n. 2477; Stephani: *comptendu p.* 1868 tab. 3, 4 p. 68).

Ramulum autem aut a suppliance aliquo uoti com-
pote appensum putabimus, ut est in Priapeo illo car-
mine (50, uu. 5 et 7): *quae* (puella) *si contigerit*
fruenda nobis cingemus tibi mentulam coronis;
aut, quod mihi quidem ueri similius uidetur esse, palmae
ramus est uictricem inguinum Priapi uim indicans, dei
scilicet in primis *φάλητι παιδογόνῳ δυνατὸν Κύπριδος*
ἔργα τελεῖν.

Inculca rudisque simulacrorum Priapi species, quippe
poëtis decantata, notissima est. audi si placet Theo-
critum (ep. 4, 2 seq.):

*σύκνον εὐρήσεις ἀρτιγλυφές ξόανον,
τρισκελές, ἀντόφλοιον, ἀνούατον*

Anall. III, 197, 232 u. 3 seq. = anthol. Pal. ed. Paris.
XVI (app. Planud.) 86, u. 3 seq.:

*σύκνος, οὐ δῖνῃ πεπονημένος, οὐδ' ἀπὸ μίλλου,
ἀλλ' ἀπὸ ποιμενικῆς ἀντομαθοῦς ξοῖδος.*

Priap. 63, 9 seqq.:

huc adde, quod me terribilem fuste

*manus sine arte rusticae dolauerunt,
interque cunctos ultimum deos numen
cucurbitarum ligneus uocor custos.*

Priap. 85, 1 seqq.:

*Ego haec, ego arte fabricata rustica
ego arida, o uiator, ecce populus
agellulum hunc tuor.*

Priap. 86, 3:

quercus arida rustica fabricata securi.

Verg. Culex u. 86:

illi falce deus colitur, non arte politus.

Horat. serm. I, 8, 1 seqq.:

*Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,
cum faber, incertus scamnum faceretne Priapum,
maluit esse deum.*

Priap. 10, 2 seqq.:

*non me Praxiteles Scopasue fecit,
nec sum Phidiaca manu politus;
sed lignum rude uilicus dolauit,
et dixit mihi: „tu Priapus esto“.*

Columella: de re rust. X, 29 seqq.:

*Neu tibi Daedaleae quaerantur munera dextrae,
nec Polycletea, nec Phradmonis, aut Ageladae
arte laboretur, sed truncum forte dolatum
arboris antiquae numen uenerare Ithyphalli¹⁾.*

Habemus igitur hortorum et decus et tutelam Priapum rustica manu dolatum. quem cur cultiorem alias

¹⁾ His adde Vertumni simulacrum apud Propertium (IV [V], 2, 59) haec uerba facientem: *stipes acernus eram, properanti falce dolatus.*

pinxerint et finxerint artifices antiqui non est quod miremur: causae enim ita sunt in promptu, ut res disputatione non egeat. restat ut explanemus, quid sibi uelit Paniscus porco uectus.

Sacrificium parare Pana e patina rebusque in ea positis apparet; dextra autem aut Priapum adorari, aut librari corpus equitantis putamus. ad sacrificium pertinere arbitror etiam uittam, quam puto, in summa imagine appictam (margaritas esse uoluerat Stephanus lineo insertas: non recte, ni fallor). pariter huc spectare uidentur quae in posteriore uasculi parte picta sunt: corona, uerbenae, fasciae supra suem a fronte delineatum pendentia. angues contra, quos Stephanus dixit, cygnorum sine dubio colla sunt, quae ad picturarum argumenta non pertinere, sed ex ansarum apud ueteres ornandarum more interpretanda esse ex eiusdem Stephani de cheniscis disputatione manifestum est (*compte-rendu* p. 1863 p. 49).

Sues, pecus et Bacchicum (Stephanus: *compte-rendu* p. 1863, p. 246 seqq.) et fecundissimum, *ἑταίρω Βαρχίου* Priapo sacrificatos esse si quis sola coniectura sumeret, nemo, ut puto, contradiceret. sed aperto Priapeorum carminum testimonio uti licet (65, 1 seq.):

*Hic tibi, qui rostro crescentia lilia morsit,
caeditur e tepida uictima porcus hara.*

Quod autem Paniscus inuehitur hostia, crassissimaque uictima deorum tenuissimo minimoque immolatur, id ioci causa artificem pinxisse opinor, qui idem facitissime inhabilem molem uasti corporis suilli lusit pictura quae in altera craterae parte conspicitur. neque in ea

re offendendum esse quod abest ara et posse deum deo facere facile concedes, uel comparatis aliis sacrificiis bacchicis quae multa conguessit Stephanus (*comptendu p. 1868*).

Cui denique displicebunt quae de sacrificio disserui is ruris licet indicandi causa Priapi simulacrum ap-
7

dictum esse iudicet, quod saepissime factum esse in sarcophagorum anaglyphis parietumque picturis nemo nescit.

Alteram laruae imaginem deprehendisse sibi uisus est Olfers: *ueber ein merkwürdiges grab bei Kumae* p. 34, adn. 2. Hippocratis enim medici donum, quod Delphis seruatum esse scimus ex Pausania (lib. X cap. 2 § 6), laruam aeneam fuisse a *laruato* aliquo dedicatam contendit, allato Festi testimonio, cuius uerba haec sunt: *laruati, furiosi, mente moti, quasi laruis exterriti*.

At unde scit artificem sigilli Delphici re uera laruam i. e. mortui *εἶδωλον* caelasse? unde illius aetatis Graecos homines unquam *δαίμονας* suos isto habitu finxisse? in Pausaniae quidem uerbis nihil certe eius modi inest. narrat enim Phaylum Phocaeensium ducem *ὄψιν ὀνειράτος ἰδεῖν τοιάνδε. ἐν τοῖς ἀναθήμασι τοῦ Ἀπόλλωνος μίμημα ἦν χαλκοῦν χρονωτέρον, κατερρηκός τε ἤδη τὰς σάρκας καὶ τὰ ὀστέα ὑπολειπομένου μόνα· ἀνάθημα δὲ ὑπὸ Δελφῶν Ἰπποκράτους ἐλέγετο εἶναι τοῦ ἰατροῦ. τούτῳ δὲ ἑαυτὸν εἰκέναι τῷ ἀναθήματι ἔδοξεν ὁ Φαῦλος· ἀντίκα δὲ ὑπολαβοῦσα αὐτὸν φθορῶδης νόσος ἐπέτελει τοῦ ἐνυπνίου τὴν μαντείαν.*

In his quod Schubart correxit: *χαλκοῦν* pro *χαλκοῦ*, nemo erit quin probet. quod autem sequitur: *χρονωτέρον* temere Kayser tentauit, qui bis *χρονίῳ ὑδέρω* scribendum esse monuit (*münchner gel. anz.* uol. 24 [1847] p. 347 et *zeitschrift für alterthumswiss.* 1850 p. 397). nihil enim coniectura opus est. neque opus est Welckeri interpretatione, qui Pausaniam *χρονωτέρον* uocabulum ob eam causam adiecisse censuit, quia miserrimam eius modi maciem nisi senectute effici non posse putasset. quem errorem Pausaniae inculcasse uidetur, quia de sceleto cogitauit. quo Welckeri animum inclinasse non solum ex eo apparet, quod cum Pausaniae uerbis comparauit quae non erant comparanda: sigillum aereum in museo Kircheriano seruatum (85) eiusque simile (86); sed apparet etiam ex ipsius quae sequuntur uerbis (*kleine schriften* III p. 222): *Dass ein von der haut noch zusammengehaltenes knochengerüste als weihgeschenk des Hippokrates an den gott der aerzte galt, lässt vermuthen, dass gelehrtere aerzte die studien über den knochenbau so viel davon auch ohne regelmässige secirübungen aus seltenen und verstohlenen, bei besonderen anlaessen aus gebeinen der todten und aus der gymnastik ergriffen werden konnte, in einem kunstwerk vereinigt und befestigt, nicht bloss als zeichen, sondern auch als hülfsmittel des berufs zu irgend einer zeit gebrauchten.* quae quominus hic quadrare putemus non solum Delphorum testimonio prohibemur, quos secutus Pausanias quin uerbis *χρονωτέρον, κατεργηκότος τε ἤδη τὰς σάρκας* cett. uiuentis hominis eiusque phtisici imaginem phtisico per somnum oblatam deno-

tare uoluerit minime dubito. nam quis tandem credet cadaueris tabidi uel sceleti turpe simulacrum deo dicatum et in templo seruatum esse, cum cuiusdam certe dei ne nomen quidem in funere appellare Graecis fas fuerit? (cf. Herodoti lib. II cap. 61. 86. 132. 170. [Demosth.]: *epitaph.* § 30, p. 1398 R.)

Recte igitur hominis macerrimi imaginem fuisse dicit Sprengel in medicinae historia (I² p. 391) optimeque de Witte sigillum aereum nuper in Axona flumine apud Augustam Suessionum repertum cum Pausaniae uerbis comparauit, quibus cum accuratissime responderet, haud paruum argumentum attulit nostrae opinioni (de Witte: *mém. des antiq. de France* uol. 31 p. 168). possidebat primum de Jessaint, nunc Francis Cook (Richmond; *arch. ztg.* 1874 p. 60); publici iuris fecit Longpérier: *revue archéol.* I, 2 tab. 13 p. 458.

Effinxit artifex uirum imberbem pectore prono sedentem in sella. sellae pedes desunt. dextra manu sella nixus, sinistram paulum tollens, loquentis non dissimilis est. uestitus est crepidis pallioque imum corpus tegente; superiores autem corporis partes consulto et cogitate nudas finxisse artificem apparet, qui id studiose egisse uidetur, ut accuratissime ad uerum redderet miserum *ἡμιθανῆ σκελετὸν* uix ossibus haerentem. est enim uere *φθόης* quidam *προφήτης*

σκελετός, ἄπυγος, καλάμινα σκέλη φορῶν,

eius similis quem Plato comicus risit (Meineke: *fragm. com. gr.* II, 2 p. 679).

Hoc autem simulacrum non ridentium lasciuiae iocisque confecisse artificem nostrum non solum e

diligentia manifestum est quam in oculis argento distinguendis formisque ex uiuo effingendis adhibuit, sed etiam ex inscriptione in pallio exarata colligi potest. scripta enim sunt haec:

ΕΥΔΑΜΙΔΑC

ΠΕΡΔΙΚ[χου

scilicet ἀνέθρηκεν, quod intellegi bene monuit Longpérier. addit sigillum eo animo esse factum, ut Apollini uel Aesculapio sanitatis restitutae causa dedicaretur. haec omnia ueri simillima esse nemo negabit, uel comparatis sescentis sigillis aereis ad montem Falteronensem anno 1838 effossis, de quibus admonuit de Witte cum de statua nostra ageret. unum hic apponam de quo Aem. Braun his fere uerbis dixit (*bull. dell' inst.* 1842 p. 179): *la figura d'un povero tisico il quale mostra una piaga nel petto e ha le gambe edematose.*

Phtisici igitur eius modi imaginem in thesauro Delphico fuisse putabimus; quae autem utrum re uera a celeberrimo illo Hippocrate, medicorum principe, donata fuerit, necne, nunc quidem diiudicare non licet: Phaylo certe antiquiorem fuisse ex Pausaniae narratiuncula apparet. de qua re ne quis dubitet, talia ab illius aetatis moribus nimis abhorrere iudicans, auctore Plinio moneo Aristidem, Phayli aequalem, pinxisse *aegrum sine fine laudatum* (n. h. lib. 35, § 100).

Pupulas denique illas fictiles osseasque, sic aptatas ut articulos earum in omnem partem flectere liceat, quae frequentissimae in Graecorum sepulcris inueniuntur, laruas esse, id quod uisum est Stephanio (*compte-rendu*

p. 1863 p. 249 in adnot. 3), nemini ni fallor facile probabit. mihi quidem recte de ea re iudicasse uidetur Michaëlis, qui cum nuper de pupis illis disse-
reret, nihil plane *σκελετῶδες* in illis inesse contendit (*arch. ztg.* 1871 p. 140). certe enim plurimum differunt a turpi et horribili forma diri cadaueris macieque laruali corpora illa suci ac sanguinis plena.

Ex iis igitur artis operibus quae uel ipsa habemus uel quorum memoria aliqua exstat, scriptorumque quos nouimus locis hoc effici uidetur antiquiorum temporum Graecos homines uel certe artifices mortuorum animis scelerorum speciem, uiuentium quasi ac sentientium motus
gestusque imitantium, nequaquam induisse. quod pace eorum adfirmauerim quibus prosperiore fortuna usis nouisque quae me fugerunt testimoniis allatis Graecam fortasse laruam Romano imperio superiorem deprehendere continget.

Ea res utcumque se habet, nemo hoc quoque sequi putabit Graecos illos ne ossa quidem humana finxisse artifices, quippe cum iam Aristotelem de popularibus suis scripsisse uideamus (Poët. cap. 4): *ἃ γὰρ λυπηρῶς ὀρῶμεν, τούτων τὰς εἰκόνας τὰς μάλιστα ἠκριβωμένας χαίρομεν θεωροῦντες, οἷον θηρίων τε μορφὰς τῶν ἀτιμοτάτων καὶ νεκρῶν.*

Ab hac autem quaestione persoluenda poetarum testimonia amouenda esse apparet: longe enim diuersas esse poëticae artis leges a fingendi pingendique norma inter omnes constat. nam ut notissimo exemplo utar: num ullum artificem Homeri uersus ignorasse putabimus

quibus Sirenum scopulos cecinit *multorum ossibus albos* (μ. 45 seq.)? tamen in tanto Sirenum fictarum pictarumque numero, quem nuperrime undique congesserunt homines docti (Stephani: *compte-rendu* p. 1866 p. 36 seqq., p. 1870/71 p. 143 seqq.; Schrader: *d. Sirenen*), unam et solam habemus picturam eamque Pompeianam in qua ossa illa a poetis decantata appicta sint, quae utrum artificem aetate maiorem secutus Pompeianus pictor, an ex suis adiecerit, nobis iam diiudicare non licet.

Quod ne casu accidisse existimes alterum proferam exemplum ex quo appareat summos artifices operam dedisse, ne talia fingerent.

Polygnotus enim cum in *λέσχη* Delphica Eurynomum illum pingeret, quem *δαίμονα εἶναι τῶν ἐν Ἰδίου φασὶν οἱ Δελφῶν ἐξηγηταὶ*, καὶ ὡς τὰς σάρκας περιεσθίει τῶν νεκρῶν, μόνα σφίσιν ἀπολείπων τὰ ὀστέα (Paus. 10, 28, 7), cur mortuorum reliquias non appinxit? quibus additis facilius cognouissent spectatores, quis esset ille Delphorum Eurynomus. ignotus enim erat reliquis Graecis teste Pausania: *ἡ δὲ Ὀμήρου ποιήσις ἡ ἐς Ὀδυσσεά καὶ ἡ Μιννάς τε καλουμένη καὶ οἱ Νόστοι . . . ἴσασι οὐδένα Εὐρύνομον δαίμονα.* at uero nihil eius modi appinxit Polygnotus, quippe cui satius fuisset leuiter significare numinis uim et naturam: *κνανοῦ τὴν χροῖαν μεταξύ ἐστὶ καὶ μέλανος, ὅποῖαι καὶ τῶν μυιῶν αἱ πρὸς τὰ κρέα εἰσὶ προσιζάνουσαι, τοὺς δὲ ὀδόντας φαίνει, καθεζομένῳ δὲ ὑπέστρωταὶ οἱ δέρμα γυπός.*

Quod ne unius Polygnoti proprium putes, moneo in altera quoque eiusdem aetatis pictura cuius *μίμημα*

Pausanias uidit (6, 6, 11) τὸν ἐν Τεμέσῃ ἦρω, quod Orci numen fuisse manifestum est, eodem fere habitu pictum fuisse nullis hominum ossibus adiectis: ἐν δὲ σφισι καὶ δαίμων ὄντινα ἐξέβαλεν ὁ Εὐθύμος, χροῖαν τε δεινῶς μέλας καὶ τὸ εἶδος ἅπαν ἐς τὰ μάλιστα φοβερός, λύκου δὲ ἀμπίσχετο δέρμα ἐσθῆτα.

Quid igitur Περσεφόνην illam Λέπτινιν (Tzetzes ad Lycophr. Al. 49) quam Theocritus (id. 2, 13) etiam ἐρχομένην νεκύων ἀνὰ τ' ἦρία καὶ μέλαν αἷμα sibi finxit, quid denique Lamias illas παιδοβόρους et σαρκοφάγους proferamus? ex quibus nihil effici, quod ad fingendi pingendique artes attineat nemo non uidet.

Omissis igitur poetarum uulgiue fabulis iam id agere licet ut quaeramus, num artis opera Romana quidem aetate superiora inueniantur, siue ipsa siue a scriptoribus memorata, in quibus hominis ossa ficta sint.

Eius modi monumentum sibi repperisse uidebatur Heckerus in *commentationum criticarum de anthologia graeca parte priore* p. 94 seqq., qui anaglyphi sceleti humani imaginem exhibentis mentionem contineri in anthol. Palat. lib. VII ep. 472 contendit.

Epigramma, quod infra ascripsimus, in anthologia Planudea est ἄδηλον, in codice autem Palatino Leonidae Tarentino tribuitur, quem Pyrrhi regis aequalem fuisse docuit Jacobs (animadu. in ep. anth. gr. III, 3 p. 908 seqq.). disposuimus uersus ad exemplum Palatinum; ipsa autem uerba epigrammatis ascripsimus qualia leguntur in nouissima Duebneri editone Parisina.

Μυρίος ἦν, ἄνθρωπε, χρόνος προτοῦ, ἄχρι πρὸς ἧῶ
 ἦλθες, χῶ λοιπὸς μυρίος εἰς αἴδην.
 Τίς μοῖρα ζωῆς ὑπολείπεται, ἢ ὅσον ὅσον
 στιγμὴ καὶ στιγμῆς εἶ τι χαμηλότερον;
 5 μικρὴ σευ ζωὴ τεθλιμμένη· οὐδὲ γὰρ αὐτὴ
 ἦδει, ἀλλ' ἐχθροῦ συγγοιέτη θανάτου.
 Χειμέριον ζωὴν ὑπαλεύεο, νεῖο δ' ἐς ὄρμον,
 ὡς κῆγὼ Φείδων ὁ Κρίτου εἰς αἴδην.
 Ἐκ τοίης ὠνθρωποι ἀπηκριβωμένοι ὄσιων
 10 ἀρμονίης, ὑψοῦντ' ἠέρα καὶν νεφέλας·
 ὄνερ, ἴδ' ὡς ἀχρεῖον, ἐπεὶ περὶ νίματος ἄκρον
 εὐλῆ ἀκέρκιστον λῶπος ἐφεζομένη·
 οἶον τὸ ψαλάθριον [?] ἀπεψιλωμένον, οἶον
 πολλῶ ἀραχναίου συγγνότερον σκελέτου.
 15 Ἦοῦν ἐξ ἧοῦς ὅσον σθένος, ὄνερ, ἐρευνῶν
 εἴης ἐν λιτῆ κεκλιμένος βιοτῆ·
 αἰὲν τοῦτο νόω μεμνημένος ἄχρῖς ὀμιλῆς
 ζωοῖς, ἐξ οἴης ἠρμόνισαι καλάμης.

Singula cum ad nostram quaestionem persoluendam
 nihil conferant — sunt autem sane difficillima et a
 praestantissimis criticis uarium in modum tentata —
 hic omitto. quod autem ad uersuum ordinem attinet
 in adnotatione Duebneri haec docemur: *post hunc uer-*
sum (6) in Codice habentur spatia relicta duo uersus,
cancellati quidem (7 et 8), cum lemmate: τοῦ αὐτοῦ
Λεωνίδα εἰς Φείδωνα τὸν Κρίτου. in ima autem pa-
gina cum signo ad uersum 6 remittente haec admone-
mur: ὑπέρβα τοὺς δύο στίχους καὶ τότε σύναψον τοὺς
λοιποὺς στίχους τοῦ ἐπιγράμματος.

ἐκ τοίης, ὠνθρωπε, ἀπηκριβωμένοι ὄσιων.

..... *Versu 9 noua pagina Codicis incipit, in cuius margine iterum monemur: ἔτι ἔστι τὸ ἐπίγραμμα μετὰ τοῦ ὀπισθεν.*

At haec quidem nullo modo cohaerere iam monuit Meinekius:

μικρὴ σευ ζωὴ τεθλιμμένη· οὐδὲ γὰρ αὐτὴ
 ἦδει, ἀλλ' ἐχθροῦ στυγνοτέρῃ θανάτου.
 ἐκ τοίης ὄνθρωποι ἀπηκριβωμένοι ὄστων
 ἀρμονίης, ὑψοῦντ' ἠέρα καὶ νεφέλας.

necesse igitur est aut deesse aliquid inter uersus 6 et 9, aut duo esse carmina separata, quod mihi quidem ueri similis uidetur, cum non eadem plane res agatur in utraque parte carminis aptissimeque terminetur epigramma disticho in Phidonis memoriam composito.

Ad hunc nodum expediendum nouam uiam ingressus est Hecker, qui l. l. haec disseruit: *Idem animaduertendum* (i. e. etiam alia occurrere in anthologia Meleagrica carmina, quae intelligi nequeant, nisi animo tibi informes imaginem anaglyphi lapidis, cui subscripta fuerint) *de Leonidae carmine, quod in duas inscriptiones arae sepulcrali incisas dispescuit iam Brunckius. in parte arae superiore legebantur octo uersus (1—8) in inferiore autem eiusdem lateris parte anaglypho subscripti legebantur uersus hi (9—18)* *Verbis ἐκ τοίης et ἴδ' ὡς respicitur ad figuram sceleti humani saxo arae sepulcralis insculptam.*

In his quae ad uersus disponendos attinent utcumque se habent: quod de sceleti imagine adfirmavit ueri simillimum esse nemo ni fallor negabit philosophorum

illorum mortem meditantium memor quos in indice nostro enumeravimus (24—31), hominumque rusticorum caluarias contemplantium (32—47). In primis autem similis est lapidis Smyrnensis (31) inscriptio ab Heckero quoque collata, quae haec est:

*Ἄνθρωπος τοῦτ' ἐστὶ· τίς εἶ βλέπε, καὶ το μένον σε·
εἰκόνα τήνδ' ἐσορῶν, σὸν τὸ τέλος λόγισαι·
καὶ βιότῳ χρῆσαι, μηδ' ὡς ἐς αἰῶνας ἔχων ζῆν,
μηδ' ὡς ὠκύμορος, ἵνα (Jacobs: μὴ) γηράσαντά
σε πολλοὶ
μαστίξωσι λόγοις, θλιβόμενον πενίῃ.*

Comparari potest etiam anaglyphum musei Britannici quod numeri nota 52 signavimus, ubi similiter sceleti humani effigiei subscriptum est epigramma:

*Εἰπεῖν τίς δύναται, σκῆνος λιπόσαρκον ἀθρήσας,
εἶπερ Ὑλας ἢ Θερσίης ἦν, ὃ παροδῖτα.*

Heckeri igitur opinio quamvis ualde probabilis uideatur, tamen lectores eorum anthologiae graecae epigrammatum cum aliorum poetarum tum ipsius Leonidae admonendos esse putamus, quae cum in eundem fere modum sint conscripta, tamen non ad sceletos monumentis insculptos, sed ad ossa forte humi strata spectent. inspice, si placet, haec Leonidae Tarentini carmina: anthol. Pal. VII, 478 (anall. I p. 171 n. 67):

*Τίς ποτ' ἄρ' εἶ; τίνας ἄρα παρὰ τρίβον ὀστέα ταῦτα
τλήμον' ἐν ἡμιχανεῖ λάρνακι γυμνὰ μένει;
μνήμα δὲ καὶ τάφος αἰὲν ἀμαξέοντος ὀδίτῳ
ἄξονι καὶ τροχιῇ λιτὰ παραξέεται·
5 ἤδη σου καὶ πλευρὰ παρατρίψουσιν ἄμαξαι,
σχέτιλιε, σοὶ δ' οὐδεὶς οὐδ' ἐπὶ δάκρυ βαλεῖ.*

anth. Pal. VII, 480 (anall. I p. 172 n. 68):

Ἦδη μὲν τέτριπται ὑπεκκεκαλυμμένον ὄσειῦν
 ἄρμονίῃ τ', ὦνερ, πλάξ ἐπικεκλιμένη·
 ἦδη καὶ σκώληκες ὑπέκ σοροῦ ἀγάζονται
 ἡμετέρης· τί πλέον γῆν ἐπιεννύμεθα;
 5 ἦ γὰρ τὴν οὔπω πρὶν ἰτὴν ὁδὸν ἐτιμήξαντο
 ἄνθρωποι, κατ' ἐμῆς νισσόμενοι κεφαλῆς.
 Ἄλλὰ πρὸς ἐγγαίων Ἀἰδωνέος Ἑρμεία τε
 καὶ Νυκτὸς, ταύτης ἐκτὸς ἴτ' ἀτραπιτοῦ.

Conferas etiam epigrammata Serapionis Alexandrini (anth. Pal. VII, 400), Philippi Thessalonicensis (VII, 383), Crinagorae (IX, 439), anonymi (IX, 159).

Cum igitur non satis de anaglypho illo Heckeriano constaret, ualde ex uoluntate accidit, ut in tot operibus duas saltem gemmas reperire nobis contingeret, quibus doceremur Graecos artifices a caluariis fingendis neuti-
 quam abhorruisse.

Gemmis his, in quibus rustici homines mortui calu-
 uariam humi iacentem contemplantes cernuntur, in in-
 dice nostro numerorum notas 32 et 34 ascripsimus. alteram ab antiquiore aliquo Etrusco artifice scalptam esse uel primo aspectu apparet. in altera autem gemma, sardonyche dico Rhodesiano, Graeci artificis eiusque praestantissimi manum iam alii deprehenderunt (King, *antique gems*² p. lxi: „greek“; Raspe II p. 598 n. 10,385: „an engraving in the old style“).

Sed de his rebus uberius exponemus cum imagi-
 nes gemmarum apponere licebit. nunc satis habeo paucis significare, cur credam Graecos artifices, Ro-
 mano quidem imperio antiquiores, ossium humanorum

imagines operibus suis interdum inseruisse. quod de laruis etiam adfirmare ausus est Olfers, cum ne de ossibus quidem probasset: nam neque scriptoris ullius uerba, neque artificis graeci ullum opus attulit, ex quibus colligi posset uerum esse, quod sibi demonstrasse uisus est.



GEORGIUS TREV DE VITA SVA.

Natus sum Petropoli anno h. s. XLIII die XVI mensis Martii patre Georgio, matre Joanna e gente Schwabe. fidem profiteor euangelicam.

Prima litterarum elementa postquam domi didici ad Gustavum Schmidt Lauchstadinum sum deductus, quo rectore tunc Fellini in oppido Livoniae gymnasium florebat. huiusce uiri, grato animo mihi semper colendi, aliorumque praeceptorum disciplina per octo annos usus, mense Ianuario anni LXI in albo ciuium academiae Dorpatensis ascriptus sum. Dorpati Mercklino, Neuio, Struempelio, aliis auditis uere anni LXII ineunte Berolinum me contuli archaeologiae et philologiae in primis operam daturus. ibi per annos III menses VI scholis interfui uirorum clarissimorum Boekhii, Brugschii, Droyseni, Friederichsii, Hauptii, Mommseni, Steinthalii, Trendelenburgii; interfui quoque exercitationibus archaeologicis quas moderabantur Friederichsius et Gerhardus quorum uirorum memoriam summa cum pietate semper tenebo cum omnium tum in primis Caroli Friederichsii, praeceptoris carissimi, qui singulari beneuolentia et docendo et suadendo studia mea adiuuit.

autumno a. LXV morbo quodam repentino adfectus ualitudini inseruiens Italiam terram diis sacram petiui, ubi per octo menses diligenti operum antiquorum contemplatione in museis

Romanis, Neapolitanis, Florentinis detinebar. Romae praeterea ut Henzeni et Helbigii scholis interesset mihi concessum est.

Inde in Russiam reuersus ab uniuersitate litteraria Dorpatensi, postquam professores explorauerunt quid in philologia, archaeologia, philosophia profecissem dissertationemque comprobauerunt quam „de ἀσπίς et σάκος uocabulorum usu Homericō“ scripsi, candidatus philologiae sum creatus a. h. s. LXVIII. anno autem LXVII antiquorum operum in museo Petropolitano seruatorum custodi adiutor additus, a. LXXI museo academiae scientiarum Petropolitanae custos praefectus, his muneribus functus sum usque ad aetatem anni LXXIII. eodem fere tempore in gymnasio Wiedemanniano primae et secundae classis discipulos Graece Latineque per biennium docui et statuarum in academia artium Petropolitana seruatarum indicem copiosiorum lingua russica edidi, quo confecto honoris causa in societatem academiae receptus sum.

Proximo autem anno in Germaniam, maiorum quondam sedem, postquam demigraui, Antiquarii, quod dicitur, regii Berolinensis praefecto adiutor nominatus sum.



